PŘÍLOHY.

I.

ANONYMI DE CONRADO, MILICIO ALIOQUE PRAEDICATORE PRAGENSI RELATIO.

Z rkp. *seitenstetského* č. 262.

Audivi et novi in puericia mea dom. Conradum Waldhuser ord. s. Aug., cuius in omnibus supra et infra scriptis condicionibus non vidi similem nec audivi, neque in Alamania neque in Bohemia nec in Bavaria neque in Francia. Qui cum ad suam [concionem] inter ceteras multitudines quasi infinitas Pragensi in studio vidisset adesse imperatricem, collum suum protendentem per unam fenestram cuiusdam domus, ita exorsus fuit suum sermonem cum firmata versa facie contra faciem predicte imperatricis in communi sic verba sua applicabat correctoria, sed cum voce non aspera sed blanda: »Czwar, czwar, sy ist nicht fichs an den Grad, dy das Fenster zu vil am holse hat.« Ecce quomodo prudenti usus applicacione cum ceteris precedentibus et sequentibus verbis sciebat ille piscari corda multorum et precipue tantorum maximorum piscium ... (fol. 209^{2b} s.).

Hec ideo volui interserere, sicut expertus sum per me 40 annis de quam pluribus predicatoribus, quorum aliqui dileccionem inter suos confratres et predicatores observare vel non volebant vel nolebant vel nesciebant, moventes sibi suis predicacionibus lites et cavillaciones, accusaciones et detracciones et inimicicias nimis graves et scandalosas vel animarum pericula multarum involventes. Habui enim in flore iuventutis et predicacionis mee favonium, sicut Boecius habuit Athenis, ut scribit in libro De disciplina scolarium, quando intrare debui hanc Nornbergam civitatem, qui me informavit et exempla pre-

dicatorum multorum michi proposuit, quorum sermones et conversaciones vidit et novit et expertus fuit et ego similiter.

Ecce, inquit, illum nosti predicatorem [1]) in sermone potentem et opere, virum laudabilis vite, et multum acceptabilis erat in auribus cunctorum auditorum. Sed unum eciam sibi defuit, sc. quod cum religiosis ordinum mendicancium nunquam cessare voluit litigare. Et tu tibi ergo de talibus cave, eciam cum hiis predictis vivas pacificus et cum hiis eciam, qui pacem oderunt. Hoc tamen dico, si fieri potest, quia cum predictis litigando modicum fructum facies et in sermonibus tuis multos supervacuos labores tibi facies in plebe.

Item novisti, inquit, talem suum sequacem et compredicatorem [2]) fuisse vite sanctissime et strictissime et in predicacione sua loqui eciam devotissime. Sed unum sibi defuisse scias, quod sicut modum in sui corporis et capitis non habuit castigacione, sic nec medium nec modum in suorum sermonum habuit correccione. Non solum predictos contra se, sed contra se eciam prelatos suos provocavit in indignacionem, qui eum persequebantur et ad curiam pape accedere cogerunt ibique defunctus est.

Item novisti, inquit, suum filium spiritualem, [3]) quem post se instituit ex suis libris et conversacione et informacione post mortem suam predicare, qui erat multe puritatis et abstinencie et zeli ac fervoris ac audacie et magnanimitatis contra hostes veritatis. Sed illa omnia eum exhauserunt et deficere in vite sanitate fecerunt et in morum honestate, ita ut cogebatur multas provincias lustrare et intrare tam diras et scandalosas litigaciones cum predictis religiosis, quod suus labor maximus pauculos sibi et ecclesie attulit fructus. Ita in civitatibus ubi predicavit solempnibus faciebat scismata, quod clerici in clericos et clerici in religiosos et laici inter se de sua et contrariorum suorum predicacione litigarent, ut eciam tandem sibi consules locum predicandi denegarent.

Ecce ab hiis et a multis aliorum predicatorum malis moribus tibi precaveto ... (fol. 212^{2b} 213^{1a}).

[1]) Tu míní opět Waldhausera.
[2]) To jest Milíč z Kroměříže.
[3]) Kdo je tu míněn? Vojtěch Raňkův?

Unde consuevit et ipse imperator Karolus et rex Bohemie in eo tempore cuidam tali doctori et predicatori dicto Adalberto Rankonis filio, parysiensi magistro et Bohemo nacione, dicere: Qui proficit in scienciis et deficit in moribus, plus defecit quam profecit. Quem vidi et audivi heu post suis cum disputacionibus alios magistros inpugnare et vexare non solum in Pragensi studio, sed eciam eos ad curiam romanam citare et ibidem arrestare. [1]) (fol. 206^{2a}).

[1]) totiž mistra Oytu.

II.

ARCHIEPISCOPI IOANNIS DE JENSTEIN DE VERITATE URBANI. [1])

Z rkp. *vatikánského* č. 1122.

38[2b] Capit. I.

Sed forte conceditur potestatem hanc Petro convenire et eius successorem ipsumque quemlibet verum apostolicum fore, sed in dubium verti, quis ille sit, presertim in divisione presentis scismatis. Dici namque potest: ecce hic, ecce illic, [2]) quibusdam ipsorum hesitantibus, quemadmodum cuius filius sit, aliis [a]) Johannem aliis [a]) Heliam dicentibus. [3]) Simile nimirum in apostolis contigit, e quibus alii quidem domini resurreccionem crediderunt, alii vero dubitaverunt, quorum exprobravit dominus incredulitatem et duriciam cordis. [4]) Quibus recte dici potest illud, quod Helyas ydolatrico populo dixit: [5]) *Usquequo* [b]) *claudicatis in duas partes: Si dominus est deus, sequimini eum; si vero Baal, sequimini illum.* Ego vero cum Johanne, Johannes non quidem hesitando, sed pocius asserendo et aliorum dubietatem de cordibus auferendo, dicam: [6]) *Tu es an alium expectamus?*

Nec vero nobis conatus incessit aut mora sufficit, ut disputemus de e l e c c i o n e sancta, que inter cardinales d e U r-

[a]) Psáno: alii. — [b]) Psáno: usque.

[1]) V rkp. jest nadpis: Secundus intitulatur tractatulus »de veritate Urbani«.

[2]) Mat. 24, 23. — [3]) Mat. 16, 14. — [4]) Mar. 16, 14.

[5]) III. Král. 18, 21. — [6]) Mat. 11, 3.

b a n o facta est, cum satis toto orbe disputatum existat per scolas universalium studiorum determinatumque perhabunde sit. Et ut taceamus de ceteris, vir ille toto orbi egregius atque mirabilis, J o h a n n e s d i c t u s d e L i g n a n o, [1]) magister quondam noster Bononie, lepide atque limpide huius negocii materiam pertractavit, cui cum ex adverso resisteret P e t r u s F l a n d r i n i, quondam anticardinalis scelerati antipape, scriptis contrariis altera vice, ut audio, scripta eius confutavit. Quorum per nonnullos hincinde concertaciones retinentur, nostro tri / umphi gloriam reportante. Non ergo de decretalibus 39[1a] nobis nunc cura est legibus, que per eosdem viros copiosissime sunt tractate. Volumus autem cum modis tamen aliis, ut puta nondum per alios scriptis et cognitis, theologiam imitantes, verum apostolicum et urbis romane antistitem aliqualiter comprobare.

Quocirca inquirendum prius nobis erit in hac civitate, quis in ea dignus sit, et occurrit nomen presto ydoneum, nomen omni reverencia dignum, quod summum decet pontificem, cum respondetur: U r b a n u s. Quod quidem tripharie eidem convenit et adaptari videtur: primo ut proprium, secundo ut commune, tercio ut generalius. Nempe vocabulum si rite perpendimus, apostolicorum proprium nomen est Urbanus, Urbanus eciam idem est quod sapiens, Urbanus quoque Romanus dicitur, quia appellacione urbis, ut constituerunt leges, Roma intelligitur. Propter quod Urbanus vere ex proprio nomine dicitur, et ex recta gubernacione sapiens et ex iusta possessione Romanus. Est ergo in hac urbe reputatus ydoneus, quia dicitur proprio nomine Urbanus.

Capit. II.

De presciencia. [a])

Hoc premisso pro comprobacione eius, quod sc. ipse verus successor sit Petri, illud dictum apostoli in medium deduco, vid.: [2]) *Quos prescivit, illos et predestinavit, quos autem prede-*

[a]) Psáno: de presencia.

[1]) Zemřel 19. února 1383. — [2]) Řím. 8, 29 n.

stinavit, illos et vocavit, et quos vocavit, hos iustificavit, quos autem iustificavit, illos et magnificavit. Ex quibus quasi verbis intencionem meam probare intendo.

Et primo perpendendum est breviter eum verum et legitimum fore apostolicum ex eo, quia ipse est p r e s c i t u s. Circa quod advertendum: quamvis nullum ens preter almam trinitatem sit, quod prescitum non sit, cum et Christus non ut
39[1b] ab eterno a patre genitus, sed tantumdem ut in / carnatus ex virgine prescitus sit, unde sicut dictum est Petro: [1]) *Antequam de navi vocarem te, novi te* sc. per presciencie disposicionem infallibilem, sic dicitur huic: Priusquam te formarem in utero, novi te et apostolicum te constitui. Sed hec generalitas non satis, quod verus papa sit, reddere racionem potest, tum quia presciencia non infert rebus necessitatem, tum quia non est nobis pervium de presciencia divina, cum *iudicia eius* sint *abissus multa.* [2])

Sed sciendum, quod dupliciter hic licet accipere presciencia: uno modo quidem in quantum salutem tangit et alio quantum ad huius mundi monarchiam regendam spectat, quia posset esse quis prescitus ad dampnacionem, qui prescitus tamen esset ad monarchie regende [a]) dignitatem. Iam sepe legimus malos et dampnatos pontifices summos iuste, recte feliciterque, quantum ad statum huius mundi attinet, gubernasse. Posset ergo prescitus atque dampnandus iuste monarchiam tenere ac regere, posset denique predestinatus et salvandus iniuste eam tenere et regere. Ideo enim semper presciencia dampnandorum presciencia dicitur ad dampnacionem, verum eciam ad ea, que dampnacionem augent vel perficiunt, utpote dignitatum vel rerum temporalium regimina, que utique sic recta aggravare videntur delictum, sicut ewangelii dicit veritas: [3]) *Quid enim proficit homini, si mundum universum lucretur, anime vero sue detrimentum paciatur?* Sed hec parum, ut prediximus, pro nostro proposito videtur induccio facere, quia revera non nostre cognicionis est secundum dei beneplacitum vas unum facere in

[a]) Psáno: regendam.

[1]) Jest resp. I. lekce I. noct. na svátek sv. Petra a Pavla, utvořené dle Jana 1, 48.
[2]) Ž. 35, 7. — [3]) Mat. 16, 26.

contumeliam et aliud ad honorem, [1]) nobis vero scrutari talia non permissum est, quia in hiis plus sapere est minus intelligere, plura asserere nichil scire, cum dicat psalmista: [2]) *Accedet homo / ad cor altum et exaltabitur deus* et iuxta sapientis 39[2a]
edictum *scrutator divine maiestatis opprimatur a gloria.* [3])

C a p i t. III.

De predestinacione.

Sed nunc est nobis ad materiam predestinacionis eundum. Porro stili nostri seriem in predestinacionis aciem figere durum profecto erit, presertim cum non noscant angeli, ast tantum dei filius aut cui voluerit filius revelare. [4]) Nam sicut plebs inferior sepius obiurgat seniorum et superiorum sanxita, utpote vilibus implicati minime alta percipiunt: sic et nos infixi in limo profundi [5]) huius mundane abissi de celestibus archanis nonnisi cecucientes cognoscimus ex parte [6]), in enigmate et speculo. [7]) Quocirca in dignitatum huius mundi fastigiis, gloria et diviciis, que sunt ignorancie et obscuritates abissi, predestinacionis nobis non valet agnosci sublimitas, quamvis nonnunquam ob boni regiminis graciam meritum augeatur. Et licet apostolus presciencionem ante predestinacionem posuerit, actamen inter presciencia et predestinacionem nulla reperitur temporis prioritas, sed eque sibi sunt, cum ab eterno presciverit deus universa et predestinaverit. Modificacio tantumdem ibi perpendenda est, quia vid. presciencia non tantum de malis sed et de bonis dici potest, predestinacionem vero de bonis oportet accipi. Nichil autem [potest] presciri vel predestinari, nisi sit vel futurum sit; unde Christus, etsi secundum quod a patre ab eterno genitus predestinatus non sit, secundum tamen carnem, quam sumpsit, ut eloquitur apostolus, predestinatus est filius dei, [8]) nos vero in eo tamquam adopcionis filii sumus predestinati, [9]) si tamen patri nostro celesti conformamur, qui nos predestinavit in admirabile lumen suum. [10])

[1]) Řím. 9, 21. — [2]) Ž. 63, 7. — [3]) Přísl. 25, 27.
[4]) Mat. 11, 27; Luk. 10, 22. — [5]) Ž. 68, 3. — [6]) I. Kor. 13, 9.
[7]) I. Kor. 13, 12. — [8]) Řím. 1, 4. — [9]) Ef. 1, 5. —
[10]) I. Pet. 2, 9.

39 2b Porro in predestinacionis firmo decreto infirma nos / certitudo fallit, actamen opinio et iudicia quodammodo certos reddunt, vid. si mandatorum dei fervidi et indeclinabiles assecle invenimur. Sufficit igitur michi ad nostram militantem ecclesiam, ut quis predestinatus dicatur, si de eo fame bone opinio [a]) respergatur et vite sancte devocio testetur laudabilis, et hoc secundum iudicium ecclesie militantis, in qua plures reputantur sancti, qui tamen in inferno videntur sepulti. Quod haud dubium secus est de ecclesia triumphante, quam nemo inquinatorum ingreditur, que solis sanctis repletur.

Papa igitur noster Urbanus predestinatus presumitur ex preterita et presenti bona vita laudabili [et] ex fastigio potestatis admirabili. Quis enim sanctum hunc esse dubitet, quem apex tante dignitatis attollit, quem titulus magne opinionis extollit, [b]) quem patracio mirabilium operum clarum facit? Qui revera sicut vasto orbe sanctus dicitur, sic pre ceteris coronam glorie et sanctitatis in celis, quam repromisit deus diligentibus se, [1]) promereri [c]) presumitur. Potest insuper predestinatus dici quantum ad regiminis dignitatem et maxime illam, quam modo habet a deo, que est gubernacio alme matris ecclesie; nam quoad temporales adipiscendas potestates seu divicias, ut prefertur, quis predestinatus eciam dicitur.

Capit. IV.

De vocacione.

Ut autem aciem nostre mentis ad ulteriora dirigamus, sequens dictum apostoli necesse est disseramus, vid. *hos et vocavit*. Quod si rite perpenditur, duplicem vocacionem quoad mundi huius dignitatum fastigia distinguere possumus, utpote generalem unam, qua eciam mali vocati sunt, de qua veritas dicit, quod multi vocati et pauci electi, [2]) qua Saul vocatus
40 1a et Yeu creditur cum quam plurimis [ad] populi / Israhelitici

[a]) Psáno: opinionis. — [b]) Psáno opět: attollit.
[c]) Psáno: promeretur presumitur.

[1]) Jak. 1, 12. — [2]) Mat. 22, 14.

regnum gubernandum; alia vero specialis qua[a]) ad monarchias regendas nemo dignus reperitur, nisi fuerit vocatus a domino tamquam Aaron.[1]) Preter hec eciam vocacio multiplex est. Equidem iusti vocantur hii quidem, qui eliguntur; unde de David dicitur:[2]) *Elegi michi virum secundum cor meum,* item Yosue vocatur et Samuel cum similibus, qui tamen revera electi in ministerium domini sunt, ut vocacio id pretendat quod eleccio. Quocirca et quis vocatur, quando rite eligitur ante spiritus sancti gracia invocata, quod in Mathie apostoli eleccione seu vocacione factum est dicentibus apostolis:[3]) *Tu domine, qui cognitor es universorum, ostende, quem elegeris ex duobus* etc. Stare ergo potest, quod quis sit electus ab hominibus, quamvis vocatus et electus a domino censeatur.

Est et alia vocacio seu eleccio inmediate a domino sine humano adiutorio facta et hac vocati sunt omnes alii apostoli, unde et dominus ait:[4]) *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Quos tamen revera vocaverat, ut Petrum et Andream, Johannem et Jacobum et sic de ceteris. Paulus quoque vas eleccionis dicitur, qui in terram prostratus et a domino vocatus exstitit, unde et dominus ad Ananyam de ipso dicit:[5]) *Vade, quia vas eleccionis est michi iste.*

Quibus sic premissis et decreto eleccionis de Urbano papa moderno pensato liquet sine omni scrupulo veram esse vocacionem ipsius; nam ipse quidem, ut constat veridice, iuxta consuetum morem spiritus sancti gracia prius invocata exstitit vocatus ut Aaron, qui prius inmediate per dei prescienciam sive predestinacionem vocatus fuerat. Ipse secundo nichilominus vere vocatus est et electus legitime ministerio cardinalium adhibitis omnibus cerimoniis et circumstanciis in decreto eleccionis et vocacionis. Sequitur ergo vere eum / electum atque vocatum. 40 1b

At vero adversarium eius antipapam non quidem electum sed iniectum, non vocatum sed vi locatum manifestum est econtrario, cum revera spiritu pocius maligno fuerit inspirata vel pocius insufflata eius intrusio.

[a]) Psáno: quo.

[1]) Žid. 5, 4. — [2]) I. Král. 13, 14. — [3]) Skut. ap. 2, 4.
[4]) Jan 15, 16. — [5]) Skut. ap. 9, 15. —

Quod rite probari videtur; nam constat in prima eleccione Urbani propter recentem mortem summi pontificis, propter eciam timorem et metum, que iidem ipsi pretendunt et postea sumus dicturi, tunc eciam racionabiliter humiliatos exinde fuisse et ideo necessario fervencius egisse et humilius se habuisse; secundario vero, quando se in Roberti antipape [a]) non eleccione sed negleccione et intrusione spiritum sanctum impetrare credebant, ubi iam erant liberi ad malum et soluti ad nequiciam et non in conclavi divine positi custodie, ibi eciam rebelles deo et tumidi spiritui sancto ymmo verius spiritum superbie quam veritatis videbantur invocare — quid enim spiritui bono cum malicia aut quid benignitati cum iniquitate et luci ad tenebras? [1])

Quod aliter videtur constare. Nam super unius eleccione summi pontificis non requiritur nisi unus actus spiritus sancti invocacionis, tunc vid. quando eligitur. Quod si sic est, post unam invocacionem illusivum erit et perversum eundem spiritum sanctum super alterius eleccione summi pontificis priori penitus contraria iterum invocare, cum unus tantum verus papa in ecclesia sancta dei et non plures requirantur; alias enim esset dare absurditatem non modicam, ymmo heresim magnam incurrere, spiritum sanctum super uno papa inspiracionem suam operatum fuisse, similiterque et super antipapa [b]) consimilem; quia sic videretur eundem spiritum et bene et male super uno, qui tantum requiritur, pontifice et contrariis duobus, uno vid. vero et alio
40[2a] falso, inspirasse, quod / dissonum videretur veritati et catholice fidei contrarium, presertim cum spiritus s. discipline effugiat fictum et non permaneat in corpore subdito peccatis. [2])

Potes ergo colligere Urbanum papam vere per spiritum sanctum vocatum et electum fore legitime, antipapam vero, ut dictum est, per spiritum superbie iniectum et intrusum.

a) Rkp.: Ruperti et antipape. — b) Rkp.: secundum antipapam.

1) II. Kor. 6, 14. — 2) Sap. 1, 5.

Capit. V.

De iustificacione.

Iam nunc quod magis ad propositum nostrum videtur attinere, verbum sequens apostoli tamquam luculencius premissa explanans est pertractandum; nempe sequitur: *quos autem vocavit, illos et iustificavit.* Sane quia per scismaticorum pravitatem et catholice fidei inimicos summus noster pontifex Urbanus multipliciter sit lacessitus, libet ergo modo ostendere, qualiter multipliciter econtra per catholicos et orthodoxe [a]) ecclesie fideles fuerit iustificatus.

Ubi reor pensandum, quod ipse fuerit iustificatus primo per deum, vid. quia fuit rectus et protectus a domino per miraculorum iustificacionem, quia ipse fuit declaratus pro papa vero. Ipse nichilominus fuit a mundo iustificatus, vid. in decreto sue eleccionis, a malis et inimicis, a gentilibus et Judeis. Quid plura? Si licet dicere, et a spiritibus malignis.

Quod autem iustificatus ipse a deo fuerit, dupliciter hoc constare poterit: primo ex miraculorum ostentacione, que per nonnullas partes orbis dignacione divina certe [b]) multipliciter et veraciter per singulares manifestaciones facta sunt. Quarum aliquas a fide dignis digna relacione audivimus et ipsi unam, si phas est dicere propter veritatem sciendam, viliunculam habuimus, prout hoc veraciter constat per testimonium prelatorum plurimorum, quos presentibus non inserimus propter moram non modicam.

Secundo iustificatur ex eo precipue, quia ipse a domino mirabiliter / et potenter ereptus et pro- 40[2b]
tectus est, vid. in sua eleccione, in cardinalium rebellium erga eum congressione, inpotencia et confusione, inimicorum domesticorum aliorumque traditorum conspiracione, bellorum, pugnarum pluriumque insidiarum crassacione hostium dura et longa multisque aliis, que propter famam notoriam tamquam publica prescindimus, in quibus omnibus gracia sibi divina suffragante gloriose superavit ac plurima [c]) opera mirifice est

a) Psáno: et orthodoxeque. — b) Psáno: certis.
c) Text: ac plurimaque.

operatus. Psallere ergo potuit cum David:[1] *Dominus michi adiutor, non timebo quid faciat michi homo; dominus michi adiutor et ego despiciam inimicos meos* etc. et iterum:[2] *Si consistant adversum me castra, in hoc ego sperabo.* Hec iustificacio dextere excelsi.[3]

Sed quod eciam ab hominibus iustificatus fuerit iuxta illud apostoli:[4] *Non solum providemus vobis bona apud deum, sed eciam coram hominibus,* primo hoc constat in decreto sue eleccionis, de quo me refero ad scripta felicis memorie magistri mei Johannis de Lignano et aliorum doctorum, qui sufficienter de hoc disseruerunt, nisi forte magis precipua magisque ardua refricare velim et ea, in quibus eorum perversitas fundamentaliter radicari videtur, attingere. Ut itaque iniustum eum papam iudicent, circa eleccionis decretum quidam eorum aliqua obiciunt, utpote metum, in constantem qui cadere poterat, et metu cogente fictam eleccionem. Tu quoque alia obicis, vid. »ex libero[5]) arbitrio te liberum esse credere vel non credere hunc vel illum papam.« Insuper et de facto dicis »eius eleccionem dubiam errareque potuisse cardinales« et addis »idcirco non sic de facili fulminari debere sentencias«, dicis item »verisimiliter excusari debere credere vel non credere A vel B
41[1a] esse papam et non fore / hunc unum de articulis fidei«. Audivi eciam quendam Gallicum conscienciam allegasse suam, ob quam non sibi liceret alium quam suum Clementem tenere pro papa. Hiis et aliis quam plurimis modis iusticiam videntur Urbani inficere et antipape iniusticiam colorare.

Quocirca ut Urbanus iustificatus appareat, licet ad pretacta, quamvis non paciatur tempus, breviter respondere. Nam ad hoc, quod communiter insultant scismatici, per metum astruentes eleccionem Urbani celebratam, licet diffuse de hoc doctores tractaverint et habunde determinaverint, hic tamen nulla eis occasio conviciandi tribuitur, cum in apostolicorum ut frequenter eleccione id sit consuetum

[1]) Ž. 117, 6 n. — [2]) Ž. 26, 3. — [3]) Ž. 76, 11. — [4]) II. Kor. 8, 21.
[5]) Slova Vojtěchova v traktátu »De scismate«.

similiter. Nec obicere valent quovismodo, quod iste metus propter Urbanum factus sit, cum constet eum universalem fuisse, ut vid. papam eligerent Romanum.

Erubescant eciam hii, qui ob metus causam eleccionem eandem fingere dixerunt, cum profecto in hoc videantur spiritui sancto mentiri ficteque invocasse eundem. Ex quorum figmentis christifidelibus ac ecclesie orthodoxe minime videtur satisfactum, presertim cum veritatis constet iudicium non in occultis ficcionibus quidem, sed ex veris amminiculis et manifestis consistere.

Ad hoc autem, cum innuis »unum[1]) egregium doctorem argute multum disserentem allegari et dicere in libertate arbitrii esse credere vel non credere, quia nemo necessitatur ad credendum, quia sic nullum haberet meritum« etc., taliter respondemus, quod quamvis in libertate hominis est credere falsum vel verum, propter hominum tamen credere vel non credere non oportet veritatem se aliter habere. Sive ergo credas ipsum Urbanum papam esse[2]) sive non credas ipsum esse, non minus ideo papa est et erit.

Ac nec illud obiectum obviare valet, quo dicis, quod »in/facto[3]) huius scismatis ad censuras eccle- 41[1b]
sie non tam subito procedendum«, subdis et racionem: »nam ignorancia facti probabilis potest aliquos verisimiliter excusare« et addis: »cum A esse papam vel B esse papam non sit articulus fidei, nisi quis legitime servatis servandis sit electus et ipse eleccioni de se facte consenserit« etc. Ad que breviter respondentes dicimus censuras fulminandas et legitime fulminatas et permaxime debere teneri in facto istius scismatis, iam hoc malicia eius exquirit, nec sic subito processum est, quin ea, que precedere iustum erat, precesserint. Et racio illa irracionabilis pocius est, qua[a]) dicis, quod[b]) ignorancia facti probabilis posset aliquos verisimiliter excusare. Iam profecto ignoran-

[a]) Psáno: que. — [b]) V textu dvakrát.

[1]) Z traktátu Vojtěchova. — [2]) Rkp.: non esse.
[3]) Z traktátu Vojtěchova.

cia probabilis non constat, quod fuerit ex parte eleccionis, cum prout hoc extensius alii probant, servatis servandis facta fuerit. Sed hec [est] pocius ignorancia de facto ex malicia non credencium, que etsi ignorancia dici debet, verius tamen crassa et supina dicitur et sic nulla. Nam cum ignorancia in hoc casu sit non bene probabilis, sequitur quod nec excusabilis. Potest ergo quoad incredulos et scismaticos ecclesie hec [eleccio] de facto [dubia] dici tantum, que tamen quoad catholicos ymmo quantum est ad se probabiliter dici debet [a]) et de iure facta non ambigitur. At secunda de scismatico eleccio probabiliter de facto dici debet et [est] nulla, que expostfacto fere decursa quarta parte anni facta de facto fuit iure repugnante. Constat insuper et nequaquam hesitandum, quod et huic vere et legitime eleccioni suum dederit assensum, quod et hucusque manifeste apparet. Nam quod assenserit, probatur, quia hodie voluntarie
41[2a] possidet et feliciter gubernat. Quocirca / ex premissis liquet necessario pro iusticie execucione fulminari debere censuras et permaxime in facto presentis scismatis, in quo spiritali est propensius mucrone dimicandum.

Non eciam obstat vel movere quippiam debet corda fidelium, quia infers, quod A vel B esse papam non sit articulus fidei. Quod quidem verum non reputo, presertim cum ipse sit caput ecclesie et interpretacio et auctorizacio articulorum fidei principaliter ad eum pertineat. Cur igitur si verus papa abnegatur etc., articulus aliquis fidei quodammodo non negetur? Nam hoc aliqualiter sic potest deduci: Negare verum papam est negare potestatem veram pape. Hoc probatur, quia negare causam est negare et effectum, sic per consequens potestatem clavium, que maxime certa in potestate fidei articulorum consistit. Negare igitur verum papam est negare quodammodo fidei articulum vel ea que sunt circa fidei articulum vel que pertinent ad fidei articulum.

Denique ut noster iustificetur Urbanus, adhuc quidam de Gallis, prior vid. dictus de Carnoto, cuius in decreto Parisiis lecciones audieram, una cum Parisiensi episcopo et

a) Psáno jen: det.

quibusdam aliis, in ambasiata quondam regis Francie Karoli ad serenissimum regem Romanorum et Boemie missus, cum per plures concertaciones a nobis, cur antipapam pro vero apostolico teneret, conventus fuisset, inter ceteras claudicantes raciones, quas pro predicti antipape veritate pertinaciter inducebat, nam »me« inquit »ad eundem tenendum consciencia mea urget«. Ad quem illico aiebam: Similiter dyabolum conscienciam habuisse. Qui tamen cum [a]) quomodo hec fierent, inquisisset, subintuli: Tunc vid. quando dixit ad dominum: In manibus portabunt te, ne forte offendas ad / lapidem pedem tuum [b]). Qui intra 41[2b]
se fremens mox obmutuit. Expediebat enim falsitatem falsitate comprimere et malam conscienciam cum mala dyaboli consciencia condempnare. Nam quid in hoc conscienciam allegare erat necesse, que tamquam privata diversimode sese offert diversis nullamque foris, utpote in cordibus diversorum occultata [c]), probacionem efficiat sitque in suis effectibus singulis singularis et non valet collective unitati et credulitati fidelium, qui sanctam videntur ecclesiam facere, proficere vel nocere.

An eciam non ex hoc plurimum veritas iustificatur Urbani, cum ea idem vid. regis Francie ambasiata felicis memorie Johanni tituli basilice XII apostolorum presbitero cardinali, pretacto antipape in titulo cardinalatus subrogato, et nobis, qui eidem cardinali in ecclesia Pragensi successimus, e parte regis Francie duas literas presentavit, ubi prefatum cardinalem nosque archiepiscopum Pragensem in suis literis describebat, quarum unam nos concernentem adhuc retinemus, cum tamen uterque per sanctissimum in Christo patrem et dominum Urbanum papam VI. ad eas dignitates promoti fuerimus?

Poterit quoque et iustificacionis eius titulum decorare, quod eciam ipse a scismaticis et inimicis fuerit iustificatus, quando vid. hii, qui eum legitime et vere elegerunt cardinales, eius modo emuli et inimici, ut verum et

a) Psáno: ut. — b) Psáno: suum. — c) Psáno: occultatam.

catholicum papam et sic iuste et vere ut sanctum Petrum suis propriis scriptis quidam eorum testabantur electum. Quarum puto XVIII copiatas literas habere ob fidem futurorum, quas sancte olim memorie christianissimo Karolo Romanorum imperatori et regi Boemie illustrissimo propriis consignatas annulis transmiserunt. De quarum missione nequaquam metum allegare poterant, utpote
42[1a] cum extra locum metus / hincinde date earum fuerunt annotate.

Ceterum ipse quidem iustificatus est similiter ab infidelibus, Grecis vid., gentibus et Judeis. Namque in eis rebus eos concernentibus non ad prophanum currunt antipapam, sed verius ad Urbanum verum papam, eius obedienter et humiliter preceptum in oportunis eorum necessitatibus suscipientes.

Quid dicam? Ymmo et terra Litvanie, que per sacri baptismatis regeneracionem de die in diem per maiora incrementa consurgit et in sinum sancte matris ecclesie suscipitur, non sub illius antipape sed pocius sub Urbani professione et proteccione gaudenter respiratur [a]).

Adeo ergo iustificatus est noster Urbanus, ut vix modica in Yspaniarum et Galliarum partibus sit pars, que saltem occulte non manifeste Urbanum papam cognoscat. Denique cum cottidie virtus et potestas antipape ut domus Saul decrescat et pereat, Urbano de die in diem potencia et iusticia ut domus David amplietur et increscat: cur hesitemus deum hunc elegisse, illum vero abiecisse?

Ast ut penitus a malignis eorum fiduciis videar [b]) amputare confidencie presidium, si phas est et expedit dicere, eciam spiritus inmundos et demonia, cum per exorcismos coniurantur et eiciuntur, ut plures referunt audivisse veraciter, acclamare ac dicere solere Avinionensem antipapam eorum fore consortem et pontificem, ob quod in eum introire non valere ymmo nolle Urbanoque utpote divino fulto [c]) auxilio nil posse nocere, sed pocius metuere et timere, diversis eum iustificantes testimoniis, si tamen huiusmodi iusti-

[a]) Sic! — [b]) Psáno zase: penitus videar. — [c]) Psáno: fultum.

ficaciones dicantur, que a perfidissimis spiritibus sic malignis et non ydoneis testibus, quorum testimonia [a]) non sunt laude digna, sicut et de peccatore ait propheta: [1]) *Peccatori* inquit *dicit deus: Quare tu enarras iusticias meas / et assumis laudem meam per os tuum,* et dominus manifestantes seipsum 42[1b]
demones: [2]) *Quid nobis et tibi Jesu Nazarene* tamquam indignos testes loqui prohibuit, qui tamen veritatem dicebant, prout ibidem dicitur: *quia sciebant ipsum Christum esse.* Sed quicquid est, etsi indigni quidem sunt testificari, interdum tamen eis permittitur, unde et dicitur: [3]) *Omnis spiritus laudet dominum,* ubi et mali includuntur. Qui enim »omne« dicit, nichil excipit. Valet ergo in quibusdam eorum testimonium, quando vid. per exorcismos compelluntur et maxime quando de malis testificantur, ut est in proposito. Non enim dividitur sathanas in seipsum [4]) nisi coactus, per contrarium eciam nullum manifestum proferentes testimonium videntur [b]) Urbanum verum fateri.

Et hucusque sit de iustificacione Urbani processum.

Cap. VI.

De magnificacione.

Ast et ex nunc eundum ad postremum, quomodo vid. eum, quem iustificavit, similiter magnificavit. Hoc liquido seriatim ewangelii explicat veritas Christus, cum dicit Petro: [5]) *Tibi dabo claves regni celorum.* Porro inter ceteras Petro et successoribus suis traditas potestates non mediocriter ingenciorem hanc putaverim dignioremque, que in celis est. Quam si quis divina sibi suffragante gracia adeptus fuerit, nimirum [c]) pre ceteris manifestatus existit sublimius, utpote cum ibi sancta trinitas in maiestate sua sit ibique sit sanctorum habitacio et vita sine morte.

[a]) Psáno: testimonio. — [b]) Psáno: videantur.
[c]) Psáno: nimirum si; snad: non mirum si, nebo: nimium. Místo manifestatus jest asi čísti: magnificatus.

[1]) Ž. 49, 16. — [2]) Luk. 4, 34. 41. — [3]) Ž. 150, 6.
[4]) Luk. 11, 18. — [5]) Mat. 16, 19.

Sciendum quoque in hac clavium tradicione post Petrum et eius successores Urbanum q u a t u o r suscepisse similiter p o t e s t a t e s, ex quibus merito agnoscitur magnificatus, vid. subter terram, supra terram, supra mare et in celis, que omnia
42[2a] regni celorum vocabulo et ambitu complectuntur. / Nam quod habuerit s u b t e r t e r r a m, ewangelii hoc edocet misterium, ubi cum alio discipulo currens Petrus solus ingreditur monumentum, quod sub terra erat.[1]) Quod non in vacuum esse factum credimus nec misterio carere, presertim cum et sub terra anathemate constrictos ut frequenter exemplo Petri eius successores absolvant necnon[a]) eciam per cottidiana ecclesie suffragia fidelium e penis purgatorii animas eruant.

S u p e r t e r r a m vero quod habuerit, veritas similiter manifestat, que alibi ut Petri successores comprehenderet, pluraliter et ut singulis loquitur apostolis dicens:[2]) *Quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum et in celis, et quodcunque solveritis super terram, erit solutum et in celis.* Quocirca super terram in monte tempore transfiguracionis domini in extasi positus Petrus superne contemplacionis acucius pre ceteris archana transcendens solus dicere ausus est:[3]) *Domine, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum et Helie unum,* quod et aliis summis pontificibus id ipsum pre ceteris excellencius eciam contingit et videtur esse concessum.[b])

S u p r a m a r e denique quia est[c]) potestas eius, hoc Petrus ostendit, qui aliis navigio venientibus solus pedibus procellas calcavit, quem tamen dominus iam mergi incipientem manu erigit.[4]) Quod non a misterio vacat; nam ecclesie navicula cum suo rectore inter temptacionum scopulos persecucionis mundialis quasi a ventis validis sepe mergitur et emergit divina ipsos manu misericorditer sustinente. Cui enim umquam alteri dictum est:[5]) *Duc in altum* et iterum:[6]) *Iam amplius eris ex hoc homines capiens,* sicut Petro et cuilibet eius successori vero?

Denique quod super omnia mirandum est, i n c e l o quo-

a) Psáno: nec ne. — b) Psáno: esse concessum est.
c) Psáno: via et

1) Jan 20, 4. — 2) Mat. 18, 18. — 3) Mat. 17, 4.
4) Mat. 14, 30 n. — 5) Luk. 5, 4. — 6) Luk. 5, 10.

que sibi potestas data conspicitur, cum dicitur:[1]) *Tibi dabo cla / ves regni celorum.* O magnum magnificencie indicium! 42[2b]
O prodigium obstupendum! Homo de terra terrenus pre angelis ceterisque sanctis celos claudit et aperit, in ymis degens superna regit, in terra manens pandit ethera, luteas domos inhabitans celestia palacia reserat et quodammodo imperat spiritibus angelicis et obediunt ei! Homo super homines preficitur, paulo minus diminutus ab angelis,[2]) ymmo multum prelatus angelis, quia claves celi tenet pre angelis, aereis spiritibus imperat, cum tradit hominem sathane, quin ymmo et per exorcismos eciam Flegetontis hic precipit furiis et ei obtemperant! Siquidem ut sibi attributa quodammodo videatur potestas in celo et in terra, in mari et in omnibus abissis, ut nil iam resultet dicere [nisi] cum admiracione et magna gratitudine cum propheta:[3]) *Quid enim michi est in celo* quasi diceret: valde multum *et a te quid volui* sc. amplius *super terram?* Et idcirco haud mirum, si ipse sit quodammodo admiracio celi, stupor mundi et si sibi dulia debeatur, eciam cum ipse animarum sit rex, vicarius Christi, claviger celi, apostolorum coapostolus, prophetarum compropheta, angelorum coangelus, sanctus pre sanctis, qui sunt in terra eius, primus expectans introitum sanctorum, summus pontificum, pater patrum, sacerdotum sacerdos, pene supra homines mediator dei et hominum, sponsus ecclesie, minister Christi! Hec quidem sua in celis magnificencia et potestas.

I n t e r r i s quoque evellendi, plantandi, dissipandi, edificandi[4]) et dominandi, ut iuxta prophetam sit simul in potentatibus salus dextere eius,[5]) interdum faciat potenciam in brachio suo, deponens potentes de sede et exaltans humiles.[6]) Confringit enim reges,[7]) ut serviant sibi et offerant munera, adducant dona,[8]) flectant cervices et deosculentur / vestigia pe- 43[1a]
dum suorum[9]) adorentque eum super terram et regna sua regno eius subicere recognoscant et sic sit regnum suum regnum omnium populorum et dominacio sua in generacionem et generacionem.[10])

1) Mat. 16, 19. — 2) Ž. 8, 6. — 3) Ž. 72, 25. — 4) Jer. 1, 10.
5) Ž. 19, 7. — 6) Luk. 1, 51 n. — 7) Ž. 2, 9. — 8) Ž. 71, 10.
9) Esth. 13, 13. — 10) Ž. 144, 13. —

Quia autem hec breviter de veritate nostri Urbani scripta, utpote nondum ut credimus per aliquem ut taliter annotata, conquisivimus, nequaquam existimo reprehensione notari. Si forte, quod divina avertat clemencia, aliquid in premissis dei occulta fuerit providencia inmutatum, hec tamen nequaquam putaverim evenirent ex iusticia, quam prefatum nostrum Urbanum papam ad universalem sanctam ecclesiam habere credimus, sed magis ex peccatis, quod absit, propter que nonnunquam legitur dominium et reges, quos magnificaverat, deiecisse, ne regnarent. Sed hoc dei misericordia a nostro summo avertat pontifice, qui vivit et regnat per infinita secula seculorum Amen. [1])

---

[1]) Za tím: Explicit tractatus de veritate Urbani etc.

III.

AUGUSTINIANI CUIUSDAM TRACTATUS CONTRA ERRORES MATHIAE DE IANOV.

Z rkp. *oseckého* č. 2.

Heu modernis nunc temporibus salva reverencia omnium sapientum fidelium et orthodoxorum omnis error ex ore quorundam insipienter predicancium vel gignitur vel predicatur inventus. Qui volunt plus sapere quam oportet, [1]) ideo errant ab utero [2]) matris ecclesie, quibus adhuc lac opus est; [3]) locuntur falsa, [4]) ut se autenticent stultis et dicantur ab errantibus rabi [5]) ponanturque in capite mensarum, quique lingwam suam licet incultam magnificant dicentes: Quis noster dominus est? [6])

Hii et similes eorum sunt satores omnium viciorum, conductores inferni et demoniorum, sunt plantatores heresum et errorum, sunt caupones iniqui cum admixtione falsorum, de quibus pulcherrime frater noster / Symon de Cassia lib. X 241[a]
de vita christiana ...[7])

Sed queris forsitan, qui sunt errores, quos de novo stulti 242[a]
latravere prevaricatores. Respondetur: Nam nuper in quadragesima et antea anno domini 1389 quidam suis innitentes sensibus dicentes se sapientes stulti facti sunt (Rom. 1), [8]) publice in suis prohibuerunt sermonibus sanctorum corporum et reliquiarum veneracionem, 2. ymaginum sanctorum et

---

[1]) Řím. 12, 3. — [2]) Ž. 57, 4. — [3]) Žid. 5, 12. — [4]) Ž. 57, 4.
[5]) Mat. 23, 7. — [6]) Ž. 11, 5.
[7]) Dlouhé citáty otiskovati mám za zbytečné. Autor uvádí dále 241[a] 241[b] Řehořova Mor., Cassiana a Aug. De catech. rud.
[8]) v. 22.

picturarum eorum honoracionem, 3. docuerunt, iusserunt et mandaverunt publice continuam corporis Christi laycis et vetulis communionem.

Hec tria, etsi antiquitus apud Grecos oberrantes primitus adinventa et apud hereticos Valdenses custodita, nunquam tamen apud nos ausa fuerunt publice prolatrari. Que etsi cuilibet christiano nota sint esse penitus erronea, falsa et heretica, maxime duo priora: tamen non inane censeo contra ipsa aliquid christiane veritatis scripturare.

Primo prohibent sanctorum corporum et reliquiarum veneracionem dicentes, ut probatum est per ydoneos testes me presente, quod nichil possunt nec valent sibi aut aliis iuvare corpora sanctorum, qui tamen sunt ossa mortuorum sicut aliorum hominum.

Respondetur. Huic tam impio errori respondet Augustinus lib. De eccl. dogm. cap. 4 dicens:[1] *Sanctorum corpora et precipue sanctorum martirum reliquias acsi Christi membra sincerissime honoranda et basilicas eorum nominibus appellatas vel loca eorum divino cultui mancipata affectu piissimo et devocione fidelissima adeundas. Si quis contra hanc sentenciam venit, non christianus sed Vigilancianus credatur et excommunicatus.* Hec Augustinus.

242[b] De quibus infertur: Si / corpora sanctorum non sunt secundum tales veneranda, cur ecclesie ipsis edificantur, cur sepulchra eorum auro et lapidibus preciosis ornata elevantur, cur omnis populus christianus Romam tanta devocione currit et ad S. Jacobum et sic de ceteris sanctis? Si nil iuvant nec possunt, ut isti asserunt, quare ecclesia spiritu sancto regulata et dotata ieiunia, missarum officia statuit et letanias et ceteras solempnitates? Possunt igitur et valent nunc plus quam antea nos suis adiuvare suffragiis teste b. Bernhardo in serm. de vig. b. Petri et Pauli, qui dicit:[2] *Qui potens est in terra, potencior est in celis* ... Hec ille.

Ex quibus eliditur fatuitas eorundem dicencium inter se: Nos sumus vivi sancti, qui possumus et scimus et valemus melius orare pro hominibus

[1]) Migne P. L. 42 col. 1219 n. — [2]) Migne P. L. 183 col. 404.

quam alii mortui.[a]) Contra quos clamat Christi scriptura Eccl. IX:[1]) *Sunt iusti atque sapientes et opera eorum in manu dei et tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta.* Ymo in eo, quod dicunt se sanctos, probant se esse omni sanctitate vacuos et inanes ac omni inmundicia plenos. Dicit Christus Judeis, et hiis peioribus utique Judeis, Joh. V:[2]) *Quomodo potestis credere, qui gloriam ab invicem queritis, et gloriam, que a solo deo est, non queritis?* Et Katho ayt:

Nec / te collaudes nec te culpaveris ipsum; 243[a]
hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Sic fecit ille pharizeus, qui ayt:[3]) *Non sum sicut ceteri hominum, fures, raptores, iniusti* et sequitur: *Descendit hic publicanus iustificatus ab illo* sc. pharizeo. Conclusio Christi: *Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.*

In tantam eosdem dyabolus induxit vesaniam, ut eciam in Christi matrem virginem immaculatam os venenatum dyabolico aperirent furore dicentes:[b]) Quid de Maria, que fuit mulier ut altera et sola humilitate fuit a deo in matrem Christi accepta, quam si non habuisset, ut altera pagana fuisset dampnata? Que quia plena est [gracia] ut vas liquore et corpus aliquod cibo, quod sibi ipsi tantum sufficit et si quid de tali plenitudine demitur, iam non erit plenum — ergo cum ei tantum per se sufficit, nulli alteri graciam impartiri potest. Ego,[c]) ait idem, servivi ei septem annis, nullam michi graciam fecit, ideo penitet me et revoco coram omnibus vobis stans in ambone.

O virgo beata, vindica iniuriam tuam, qua te talis ab omnibus electis eternaliter separat! Quibus dicit apostolus ad Eph. 1,[4]) quod *deus elegit nos ante mundi constitucionem et predestinavit nos in adopcionem filiorum per Jesum Christum*

[a]) In marg. rubr.: O nequam, nequam!
[b]) In marg. rubr.: Hereticus contra Mariam.
[c]) In marg. rubr.: Peior es dyabolo.

[1]) v. 1 n. — [2]) v. 44. — [3]) Luk. 18, 11. 14. — [4]) v. 4 n.

in ipsum — ergo et te in matrem Christi. Quia vero te angelus salutans dixit[1]) *gracia plena,* et ut superhabundares universis, ultra hoc: *spiritus sanctus descendet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi,* et ideo mater es misericordie, fons pietatis et gracie et mare graciarum inexhauribile. Et licet omnia, que de increata leguntur sapiencia, ut illud:[2]) *Ab inicio et ante secula* Eccli 24 et illud:[3]) *Dominus possedit me inicio viarum suarum* Prov. VIII, tamen bene, recte et veraciter racione ma-
243[b] terne / dignitatis et eterne eleccionis tibi sancta appropriat ecclesia, utique spiritu sancto edocta, cuius auctoritas est irreprehensibilis. Unde Johannes Damascenus libro 4. De trin. cap. VI dicit: *Vere enim Maria dei genitrix est et nominatur. Ipsa enim eterno piissimo consilio dei predeterminata et diversis ymaginibus et sermonibus prophetarum per spiritum sanctum preymaginata et prepredicata in predeterminato tempore ex davidica radice germinata est propter eas que ad ipsum facte sunt repromissiones.* Et infra: *Parturit igitur gracia hec — hoc enim Anna interpretatur — dominam — hoc enim significat Marie nomen. Domina enim vere facta est omnium creaturarum, conditoris existens mater, deinde in domo domini plantata et inpinguata spiritu ut oliva fructifera omnis virtutis habitaculum facta est et ita virginem observans animam cum corpore ut decebat deum in sinu recipere futuram.*

Ecce quod deus elegit et preelegit eam non in tempore sed in eternitate. Nec ideo fuisset dampnata, si mater Christi non fuisset effecta, ut patet de multis mulieribus sanctis Test. Vet.

Quod autem ipsa tantum sibi sufficiat et nulli alteri, huic contradicunt universa ipsius miracula, que quasi sunt innumera, contradicit s. mater ecclesia, que et collecta ipsius suffragia inplorans missarum solempnia et festivitates sincero devocionis affectu celebrat. Que quanto in graciis divinis est pocior, tanto in celis in omnibus, pre omnibus et super omnes potencior. Unde Bernhardus super Cant. ait:[4]) *Etsi tota illa celestis curie ierarchia creatori suo divina super se lucente voluntate obediat et strenue militet, audeo tamen dicere: nil audet sine nutu regine misericordie. Quodsi forte aliquid rigoris iussio*

[1]) Luk. 1, 28. 35. — [2]) Eccli 24, 14. — [3]) Přísl. 8, 22.
[4]) U Migne 183 nenalézám.

divine maiestatis contineat, precibus maternis non cessat illud evertere in molliciem miseracionis. Cuius racionem assignat Lactancius dicens: Omnis enim feritas materne subiacet affeccioni et ei subiugata est. Materna enim pietas omnia subiugat et superat. Quapropter canit ecclesia: Audi nos, nam te etc.

Quia igitur Maria est domina mundi, regina celi, mater dei, iure omnimodo sibi congruit et debetur omnia habere in manu sua et distribuere quidquid voluerit et cui voluerit et quantum voluerit. Audi heretice et blasphemator / 244[a]
virginis beatum Bernhardum, qui in serm. Nativitatis eiusdem dicit:[1]) *Redempturus deus humanum genus precium universum contulit in Mariam. Alcius ergo intuemini, quanto devocionis affectu a nobis voluerit honorari, qui tocius boni plenitudinem posuit in Mariam, ut si quid spei in nobis est, si quid gracie, si quid salutis, ab ea noverimus redundare. Totis ergo medullis cordium, precordiorum affectibus et votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.* Et infra:[2]) *Ceterum quidquid est illud, quod offerre paras, Marie commendare memento, si non vis sustinere repulsam filioli. Hec peccatorum scala, hec mea maxima fiducia, hec tota racio spei mee. Dico vobis, si pie a nobis pulsata, si pie fuerit invocata, compacietur vobis, non deerit necessitati nostre. Siquidem nec facultas ei deesse poterit nec voluntas, quoniam celorum regina est, domina mundi misericors est et mater misericordie.* Propter ista et similia salutat eam s. mater ecclesia dicens: Salve regina mater misericordie, vita, dulcedo et spes nostra.

Ad istum errorem reprobandum plenarie prius deficiet michi tempus et vita, antequam scribere valeam universa. Scio, quod nullus fidelis huic dissentit tam manifeste et probate veritati.

Secundus error fatuorum est, quod prohibent ymaginum sanctorum et picturarum eorum honoracionem, cum tamen in scolis puerilibus didicerunt:

Effigiem Christi dum transis, pronus adora,
nec tamen effigiem sed quem designat honora,

non intelligentes impietate cecati, quod et in cruce et in ymagi-

[1]) Migne P. L. 183 col. 441. — [2]) ibid. 448.

nibus aliud est materia aliud forma. Non honoramus materiam ligni aut lapidis aut colorum, sed in eis et per ea ostensa, nec propter ea tantum sed propter illa que designant.

Sed quereret aliquis: Quid pretendunt tales in prohibicione?

Respondetur: Cum enim ymagines sint doctrinis naturaliter nobis priora, quia sensitiva, cognicio autem nostra oritur
244b a sensu, quo a particularibus / ad universalia, a visibilibus ad invisibilia transimus, sic per hominem deum cognoscere et discere incipimus, prout canit ecclesia: [1]) *ut dum visibiliter deum cognoscimus, per hec in invisibilium amorem rapiamur:* hinc ergo sensum conantur tollere a simplicibus, ut omnium bonorum obliviscantur eternorum. Item talia exempla et ymagines sunt magis oculorum ac cordium penetrativa, quia sensus visus primus est cordis nunccius, ut dicit Augustinus, ideo species visas defert ad cor immediacius quam alter sensus; visis ergo ymaginibus sanctorum mox movetur cor vel ad amandum illum, quem signant, vel ad compaciendum passioni sue vel ad rogandum pro necessitate sua: ista conantur tollere, qui ymagines volunt delere.

Talia exempla, figure vel ymagines sunt cordium penetrativa et mencium vulnerativa, quia nemo tam lapideum cor habet, qui videns hominem violenter iugulare non compaciatur ei; vel si potest adiuvat ipsum, si vero non potest, clamat, plorat et toto corde turbatur, quod nequaquam solo auditu faceret vel legendo, quia talis visio penetrat cor et vulnerat naturaliter ad compassionem, quam tales conantur auferre. Quidquid autem oculis videtur, intimius cordi imprimitur, forcius tenetur et diucius reservatur. Quia enim Christi passionem nec sanctorum vidimus, ostenditur nobis crucifixus, vulneratus, percussus, sanguinolentus, spinis coronatus, et sic de operibus sanctorum. Quibus visis contremiscit cor, vulneratur anima, afficitur mens, compatitur spiritus et in seipso totam Christi et sanctorum configurat passionem. Et hec ut in memoria eterna permaneant et ne futurus ignoret populus, quasi hereditarie fidem Christi et passionem eius et martirum ipsis in ymaginibus fideliter relinquimus.

[1]) V praefaci vánoční.

Per ymaginum devotam inspeccionem diligitur deus corde dulciter, mens devota sursum ad invisibilia trahitur spiritualiter. / Argumentum inde trahitur, quod ob hoc verbum caro 245a
factum est veraciter. Que pulchre declarat Bernhardus super Cant. serm. XX dicens: [1]) *Nota amorem cordis quodam modo esse* ...

Volunt ergo tollere memoriam Christi et sanctorum suorum et nomina eorum, que vivunt, in eternum volunt abradere de cordibus piorum, dicentes cum Judeis Jerem. XI: [2]) *Venite, eradamus eum de terra vivencium et nomen eius non memoretur amplius.* Dicunt enim sanctos nichil valere nec posse — ergo eorum volunt per ymagines memoriam de mundo tollere.

Audiant ergo, quid sancta synodus Nicena VII [3]) contra tales determinavit contra yconomacos i. e. impugnatores ymaginum et figurarum Christi crucis, b. virginis et aliorum sanctorum, quas asserebant nullo modo esse colendas. Ignorabant enim tales infelices heretici, quod honor, qui ymaginibus impenditur, non propter se sed propter illum, quem ymago representat, exhibeatur et quod / propter huiusmodi picturas anti- 245b
qua et strenua facta sanctorum infiguntur memorie simplicium hominum, qui per scripturarum noticiam ea capere non possunt et successivo ordine transmittuntur in posteros, ut horum gloriosi triumphi per oblivionem non deleantur, sed cum omni pietate venerentur, eorum imitatores facti per exempla eorum. Horum igitur barbaram et erroneam opinionem multis sacre scripture testimoniis confutantes ab ecclesia eliminamus, perpetuo anathemate dampnantes eos, qui de cetero sub hoc aliquid temerarie attemptarent. Ecce sancta synodus utrumque errorem dampnat!

Sed sicut dyabolus temptans Christum sacram contra ipsum allegavit scripturam Mat. IV, ita et hic unus talium magister, volens suum errorem probare, publice dixit: »In Vet. Test. quia adoraverunt vitulum conflatilem, fuerunt occisi XX milia hominum Ex. 32, similiter serpentem eneum ne adorarent Num. 21, Ezechias rex combussit eum, ne Judei ydolatrarent, ut dicit Augustinus VI. De civ. dei: a

[1]) Migne P. L. 183 col. 870. — [2]) v. 19. — [3]) sněm VII, Nic. II.

simili videtur, quod multi adorant ymagines et scelus ydolatrie committunt et per consequens ymagines esse non debent. Sic,« inquit, »una mulier michi confessa est.«

Ad primum dicitur, quod sicut in Vet. Test. qui ydolatrabant lapidabantur, occidebantur, exterminabantur, sed qui ad honorem dei faciebant talia, probabantur a deo et grata habebantur a deo et ab hominibus. Hoc enim probat Damiani lib. IV. De trin.[1]) cap. VIII. Mosaicus enim populus thabernaculum in circuitu adorabat, ymaginem et tipum ferens supercelestem, magis autem universe creacionis. Ait autem denique deus Moysi Ex. 25:[2]) *Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Sed et cherubim obumbrantes propiciatorium nonne opera hominum? Similiter et templum. Divina autem scriptura accusat adorantes sculptilia,
246[a] sed et immolantes demoniis. Immolabant quidem gentiles / et Greci, immolabant eciam et Judei, sed Greci demonibus, Judei deo, sed detestabilis quidem [erat immolacio] Grecorum, Judeorum autem acceptabilis. Immolavit enim Noe et odoratus est dominus odorem suavitatis, odorem bone dileccionis ac eleccionis et bone ad eum voluntatis.

Et posito, quod in Vet. Test. ista figurarum veneracio nusquam reperiretur, tamen non valet consequencia: In Vet. Test. fuerunt et sunt ista prohibita et tamquam ydolatria punita — ergo in N. Test. debet fieri similiter, quia gens Judeorum semper fuit prona et inclinata et quodammodo facilis ad ydolatriam, non autem christiani. Omnis ergo occasio fuit eis sublata, quod fieri debuit, ydolatrandi, et ideo secundum Egidium Romanum doctorem nostrum deus nunquam voluit eis apparere in aliqua pingibili forma, ne huius ydolatrie occasionem haberent, sed semper aut in igne vel fulgure, tonitruo vel voce, que non sunt figurabilia. Quia vero secundum Damiani quo supra deus propter viscera misericordie sue secundum veritatem factus est homo, non ut Abrahe [apparuit] in specie hominis, non ut prophetis, sed secundum substanciam vere factus est homo et perambulavit terram, miracula fecit, passus est, crucifixus est, assumptus est et omnia secundum veritatem facta sunt et

[1]) Není mezi spisy Damian. Migne 145. — [2]) v. 40.

visa sunt ab hominibus, quia vero non omnes noscunt literas neque leccioni vacant: patres excogitaverunt velut quosdam triumphos in ymaginibus hoc scribere ad meliorem memoriam. Quapropter multociens non secundum manentem memoriam habentes domini passionem, ymagines Christi et crucifixum videntes et salutaris passionis in rememoracionem venientes procidentes adoramus non materiam sed ymaginatum, quemadmodum neque ewangelii neque crucis materiam adoramus, sed typum i. e. figuratum. Item idem Christus regi Abagaro misit ymaginem faciei sue sudario impressam, similiter et Veronice, / 246[b] que habetur Rome. Similiter Lucas ewangelista depinxit dominum et matrem eius in Roma, in Jerosolimis autem cum diligencia consistunt. Hec ille.

Ad secundum vero, si arguatur sic: Quod est inductivum ad ydolatriam, debet deleri, sed ymagines sunt tales — patet, quia plures vetule sunt michi talia confesse — respondetur: Si antecedens esset universalis, omnium et pro omnibus inductiva, forte concluderet, sed in paucis istud invenitur, ergo non valet. Nam si concluderet, necessarium esset omnia ewangelia Christi et epistolas Pauli simpliciter cremare vel penitus delere — patet, quia ut plurimum omnes hereses ab erroneis inde sunt orte, que de non intellectis scripturis oriuntur teste Augustino lib. VII super Gen. ad lit. cap. IX...

Sed quod aliquibus fantasticis mulieribus in ymaginibus errantibus non debeant propter hoc ymagines deleri, probatur per magnum doctorem Hilarium, qui in libro exposicionum orientalium synodorum symbolum Nicenum exponens dicit... 247[a]
Ex quibus verbis patet, quod si aliqui utique scelerati in ymaginibus errent, quod propter eorum non debeant deleri errorem.[1])

Sed iterum dixit erroneus: »Idcirco debere ymagines deleri, quia non virtus divina sed dyabolica in eis et ex eis operatur plerumque miracula.« Hic respondetur, quod omnis qui vincitur ab alio, [a]) natura ipsum timet et fugit quantum potest; sed dyabolus a quo-

[a]) Psáno: illo.

[1]) Autor tu cituje ještě Augustina De vera relig. cap. XII.

libet sancto est victus et maxime cum in armis Christi, que sunt crux, lancea, clavi etc. vicerint eum virtute divina in ipsis habitante, ergo fugit sanctos et ymagines ipsorum, quorum nominibus sunt dedicata. Si fugit ea, ergo nullo modo habitat nec operatur in eis virtus dyabolica. Et probatur a simili: Si enim nomen alicuius sancti nominatum fugat dyabolum, ergo et ymago et figura ostensa vel visa cum nomine. Sed cum dya-
247b bolus se transformasset / in figuram et similitudinem sancte virginis Justine et venisset ad Ciprianum magum, mox ut nominavit eam dicens: »Bene venias, dilecta Justina«, dyabolus quasi fumus evanuit, non valens nomen eius sustinere; quod videns renuncciavit dyabolo Ciprianus et factus est bonus christianus, episcopus, doctor et martir gloriosus.

Quis enim fidelis dubitare potest, quin virtus divina in ymaginibus sanctis dedicatis multa operetur mira ad sui nominis gloriam, qui omnia in omnibus ubique et semper operatur, et ad exaltacionem sanctorum et ad fidelium devocionem? Sic enim canit ecclesia: [1]) *Mirificavit dominus sanctos suos et exaudivit eos clamantes ad se.* Fugiunt ergo demones sanctorum corpora, fugiunt sanctorum nomina, fugiunt et ymagines, in quibus deus ob gloriam et merita sanctorum inhabitat, circa que deus invocatur et sanctus pia devocione invocatur. [2]) Si dyabolus fugit nec audet manere, ubi sacra aspergitur aqua et thuris incensum spargitur, multo minus audet manere, ubi frequentantur res figurate...

Sed ultra dixit publice ille fatibulus, quem non doctrina sana magistrum, sed pileus in capite autenticat illum, qui adhuc aptus est ferule: quod »nemo existens in peccato
248a debet se signo crucis / munire, quia magis obinde confunditur quam iuvetur«.

Qui ad pauca respicit, de facili iudicat et errat. Nonne omnes sumus peccatores, secundum magis tamen et minus? Numquid ideo salutifero crucis signo non indigemus? Ymo idcirco magis, quanto plus timemus, ne nos quasi immunitos dyabolus totaliter in precipicium erroris et mortis inducat. Dicit

[1]) Ant. 2. v Matut. na Všecky Svaté (Ž. 4, 4).
[2]) Na doklad uvádí autor Bernardovo kázání v den Všech Svatých.

enim Christus Mat. IX: [1]) *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Omnes enim peccatores male habent, ergo opus est eis medicus Christus et medicina ipsius sc. crux, sanguis et mors. Et probatur ut supra: Si enim figure istarum rerum iam dictarum valuerunt ad bonum utentibus eis et grate suscipientibus, multo magis per amplius et perfeccius ipse res valuerunt, valent et valebunt omnibus desiderantibus ea. Sed crucis figura valuit, Ez. IX: [2]) *Signa,* inquit deus, *thau super frontes* [a]) *virorum gemencium et dolencium.* Signum vel figura *sanguinis* Christi munivit a lesione angeli percucientis, Ex. XII dicitur: [3]) *Transibit enim dominus percuciens Egipcios, cumque viderit sanguinem in superliminari et in utroque poste, transcendet ostium domus et non sinet percussorem ingredi domos vestras et ledere.* Manifestum autem est, quod non omnes tunc Judei fuerunt boni nec electi et iusti, cum semper populus dure cervicis fuerit et contra dominum, et tamen signum crucis et sanguinis Christi protexit eos; multo magis nunc non figura sed veritas.

Mors insuper Christi valuit omnibus, qui digni erant ab Adam primo homine usque ad ultimum, qui nasciturus est. Vnde Apok. XIII [4]) dicitur *agnus qui occisus est ab origine mundi* — constat quod non realiter, ergo virtualiter et efficaciter. Vnde Bernhardus in sermone vel tractatu de corpore Christi [5]) dicit: *Quid est hoc?* et respondet: *Occisus est ab inicio, hiis sc. qui fuerunt ab inicio h. e. ad redempcionem, ad salutem, ad reconciliacionem eorum, qui fuerunt ab inicio, ita ut per hoc, quod dicitur, ab inicio determines non tempus occisionis, sed salutis. Prius enim mors eius profuit quam fuerit, prius promissio, deinde exhibicio. Ab inicio ergo seculi occisus est, quia ab inicio seculi illi fuerunt, pro quibus in fine seculi occisus est.*

Patet ergo, quod crux, sanguis et mors Christi valuerunt eciam omnibus in figura, qui ipsa gratanter inspirati a deo sibi valere postularunt — necessarium ergo homini eciam peccatori munire [b]) se signo crucis in omni sua necessitate. Vnde

[a]) Rkp.: ferentibus. — [b]) Rkp.: muniri.

[1]) v. 12. — [2]) v. 4. — [3]) v. 23. — [4]) v. 8.
[5]) Není mezi spisy Bernardovými.

Augustinus super Ps. LXI dicit:[1]) *Eya, fratres karissimi, opus erat sanguine iusti ad delendum cyrographum peccatorum nostrorum, opus erat exemplo paciencie, exemplo humilitatis, opus erat signo crucis ad dyabolum et angelos eius debellandos, opus nobis erat passione domini, qua redemptus est or-*
248[b] *bis. Quanta bona egit passio huius, / que non esset, nisi iniqui deum occidissent,* semper et ubique et omnibus valet ista poscentibus.

Sed idem, cum sibi obicerentur ista, miserorum aggressus refugium, glosare cepit false, quod inique dixerat. Ayt enim: »Qui vult male agere et signo crucis se munire, quasi in adiutorium sui peccati et adiuvamen, dico eum magis confundi quam iuvari.« Respondetur: Quis enim dubitet fidelis, quod in adiutorium sui criminis vel sanctorum precibus vel signo crucis non debeat se munire, eo[a]) quod magis peccet, qui sanctis abutitur rebus ad peccandum? Quod optime declarat Crisostomus in omelia super Mat. om. 22[2]) dicens: *Colonus enim dyaboli auxilium dei non requirit et si querit, non invenit.* Exemplum: Vidisti aliquando euntem ad furtum deum orare, ut bene prosperetur in furto?[b]) aut qui vadit ad fornicacionem, numquid signum crucis ponit sibi ad frontem, ut non comprehendatur in crimine? Quod si fecerit, non solum non iuvat eum, sed amplius traditur. Racio, quia nescit iusticia dei patrocinium dare criminibus.

Si sic dixisset, bene dixisset, sed aliud testes audiverunt. Et si sic dixit, erronee et false dixit, quia dyabolus ubique fugit crucem, ut patet in legenda s. Christofori, et omnibus est adiutorium, non solum christianis bonis, verum eciam Judeis in tempore necessitatis illo se signantibus confidenter, ut patet III. lib. Dyalogorum Gregorii cap. VII[3]) de Judeo, qui in templo Apollinis pernoctans, turbam demoniorum illuc venire conspiciens, qui quam-

[a]) Rkp.: ego. — [b]) Rkp.: furtu.

[1]) Migne P. L. 36 col. 745.

[2]) Opp. vyd. Frankf. 1697 N. T. tom. I col. 263—270; ale výrok ten není ani v hom. 22, ani v následující, kde by jej spíše bylo lze očekávati.

[3]) Migne P. L. 77 col. 232.

vis fidem crucis minime haberet, signo tamen se crucis munire curavit. Quem conspiciens demoniorum princeps ayt: Videte, quis ibi iaceat. Quem malignus spiritus subtilius intuens cruce signatum, dixit: Ve, Ve, vas vacuum et signatum. Mox omnis demoniorum turba disparuit.

Videtur enim michi, salva tamen omnium reverencia quorum interest, quod nec in hoc casu nec in supradictis possit se taliter predicans aliqua excusacione defendere, cum omnis racionalis predicacio studiosa fiat et fieri deliberacione debeat sollicita. Et maxime cum multis vicibus et temporum intervallis eadem quasi erronea predicaverint ipse idem et sui discipuli et in diversis temporibus et locis, ergo deliberate et per consequens ex proposito dictos errores convincuntur predicasse. Patet II. q. III. Si quis iratus[1]) in textu et in glosa I. q. § Constat.[2]) Quasi enim persequendo et omnino destruere volentes sanctorum corpora et ymagines eorum et maxime signum sancte crucis, quod omnibus modis cremare eciam suis inpensis pecuniarum et librorum vendicione proclamarunt, unde Augustinus resp. III: propter talia non incongrue potest quis racionalis dicere, quod omnis talis talia taliter predicans vere dici et haberi potest ut apostata fidei et destructor fidelium, a fide recta seductor et de / monum desperatus cultor. Quod patet a simili: Legitur 249[a]
enim in detestabili vita Juliani apostate, qui instructus fuit a puericia arte magica et ideo plures magistros secum habebat, hic die quadam, dum adhuc puer esset et solus absente magistro in domo esset, incepit legere adiuraciones demonum. Mox venit ante ipsum maxima multitudo demonum nigrorum ut Ethiopes, tunc fecit signum crucis pre timore, mox omnes evanuerunt. Quod cum referret magistro suo, respondit: Hoc signum maxime timent demones et fugiunt. Sublimatus ergo per furtum et fraudem ad imperium, huius rei memor, cum per artem magicam operari vellet, signa crucis ubique destruxit

[1]) c. 5. — [2]) c. 111. I, 1.

et christianos valde persecutus est, puta, [a]) quod ei aliter demones non obedirent et ubicunque iret sine impedimento crucis signo ipsos ad nutum vocare posset et operari cum ipsis. De talibus dicit sapiens Eccli. 10: [1]) *Inicium superbie hominis apostatare a deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius, quoniam inicium peccati omnis est superbia. Qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis et subvertet eum in finem.* Nobis autem deus dedit significacionem fidelibus, ut fugiamus a facie arcus, [2]) de quo dicit Ys.: [3]) *Et levabit signum in naciones et congregabit profugos Israhel et dispersos Juda colliget a quatuor plagis terre et auferetur zelus Effraym et hostes Juda peribunt* (Ys. XI).

Tercius error principalis nunc de novo predicatur, quo precipiunt et iubent et inducunt continuam laycis, viduis et vetulis fedatis corpore et mente corporis Christi communionem. Dicunt enim, quod tales sui sequaces vivi sunt sancti pociores utique mortuis et ideo sacra semper digni communione, quam si sacerdos negaverit, rapere debent de manibus sacerdotis et sumere. Quidam vero, ut negligencia non impediret ipsum, oblatam in pera portabat et veniens ad sacerdotem celebrantem unam extraxit hostiam et dans sacerdoti dixit: Accipe, consecra michi hoc; alii vero in die Christi tribus vicibus communicaverunt dicentes: Si non sumus exterius ut sacerdotes, sumus tamen interius plus sacerdotibus quibusdam consecrati, ergo licet nobis ter communicare.

Ad primum de continua corporis Christi communione respondetur, quod bonum bene sumptum quanto crebrius bene sumitur, tanto utilius sumitur a bonis. Verum quis potest dicere: Bonus sum, ergo dignus sum omni die bonum corpus Christi sumere, cum nemo bonus nisi solus deus? (Luc. XVIII)[4]) Augustinus tamen in libro De eccl. dogm. dicit cap. XXVI: [5]) *Cottidie eukaristie communionem*

a) A: putas.

1) v. 14 n. — 2) Is. 21, 15. — 3) Is. 11, 12 n. — 4) v. 19.
5) Migne P. L. 42 col. 1217.

accipere nec laudo nec vitupero / vel reprehendo, omnibus tamen dominicis diebus suadeo et hortor, si tamen mens hominis 249b
tunc sine affectu peccandi sit. Relinquitur ergo in voluntate hominis.

Sed quid videtur utilius, large vel parce corpus Christi sumere? ut quidam dixit. Large intelligo cottidie, parce raro, et loquor hic de laycis utriusque generis. Videtur michi salva reverencia illius, qui dixit: large, quod parcius sumi debet quam largius. Racio mea est: Quisquis enim laycus potest vitam suam ita innocentem, puram, sanctam, immaculatam reservare, sicut fecerunt homines in exordio ecclesie, ille bene posset large i. e. omni die communicare. Sed hoc videtur rarum esse, ymo proch dolor nimis a vita nunc vivencium [a]) rarum, cum inter bonos eciam sacerdotes, qui ex officio hoc facere possunt, rarum videatur, eo quod vita fragilis, demonum illusio, plurimi temptatus et infirmitas [b]) sepius subrepat, cibi potusque superfluitas, ire et odii furor et sompniorum decepcio et rerum temporalium vel necessitatis alicuius occupacio, que animum distrahunt, cor inquietant et totam occupant mentem et per consequens ineptum ad communionem reddunt. [c]) Quid cogitandum de beghardis et beginis, quorum vita ut in pluribus execrabilis esse videtur et a iure reprobata et reparata est certo cercius? Et posito, quod sint ut ceteri christiani, non tamen confidendum [d]) est eis nec de facili assenciendum est eis, ne ubi credimus pie facere, provocemus Christum ad iracundiam et ad vindictam contra nos. Dicit enim Augustinus lib. 26 super Joh.: [1]) *Quantum accedit finis mundi, crescunt errores, crescunt tenebre, crescit iniquitas, crescit infidelitas.* Quodsi quis noluerit Augustino credere, credat vel Christo et Paulo eius apostolo. Ecce Christus Mat. 24 dicit: [2]) *Multi pseudoprophete surgent et seducent multos,* Paulus quoque I. ad Thim. IV. dicit: [3]) *Spiritus autem manifeste dicit, quod in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiri-*

a) Psáno: vincencium. — b) Psáno: infirmitati.
c) Psáno: reddant. — d) Psáno: confitendum.

1) V Migne 35 nenalézám. — 2) v. 11. — 3) v. 1 n.

tibus erroris et doctrinis demoniorum, in hypocrisi loquencium mendacium, cauteriatam habentes conscienciam suam.

Quero ergo ab aliquo huiusmodi vel docente vel propugnante, utrum tales, de quibus dicit prophetice Paulus, sint digni non dico omni die sed vel semel corpus Christi sumere? Si dicit sic, erit eiusdem erroris ut illi. Si dicit non, quia vero tales non sunt, ergo dico: Quomodo non sunt tales, qui vere fidei contradicunt, prohibentes crucem Christi adorare yper-
250a dulie / adoracione, matrem Christi, ymagines eius et sanctorum venerari et corpora eorum? Qui hoc non facerent, nisi attenderent spiritibus erroris, quia ut dicit glosa in illis maligni spiritus loquuntur, et doctrinis demoniorum, quia in illis et ex illis loquuntur, in ypocrisi loquentes mendacium i. e. in simulata religione et sanctitate falsa. Quia secundum Augustinum simulata equitas vel sanctitas non est sanctitas, sed duplex iniquitas, quia decipit se et proximum.

An non falsa sanctitas, qui dicunt: N o n n e n o s s u m u s v i v i s a n c t i p l u s v a l e n t e s p r o h o m i n i b u s o r a r e q u a m m o r t u i? Hoc mendacium locuntur in ypocrisi et cauteriatam habentes conscienciam, glosa: i. e. corruptam prava cogitacione et ustam igne male concupiscencie et signo mendacii aperte notabilem, ut omnes caveant. Quomodo conscienciam bonam habere possunt illi cottidie communicantes, qui secundum apostolum 2. ad Tym. III [1]) sunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, qui omnibus diebus vite sue mundo servierunt, carni militaverunt modo carnis, [2]) avari, scelestes et iam inveterati malorum dierum [3]) dicunt intra se: Fodere non valeo, mendicare erubesco (Luc. XVI), [4]) quid ergo faciam, quibus nutriar? Scio, quid faciam.[a]) Induam [me] veste lugubri et sedebo in bivio cum Thamar (Gen. 38) [5]), exterminabo faciem meam, ut videar ab hominibus ieiunans (Mat. VI) [6]) et sic lavari (!) facie quasi fletu devocionis adusta egrediar et ingrediar, quo [et] ad quos voluero, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum (III. Reg. ult.) [7]), qui credunt me sanctam, cum sim nequicia plena;

a) In marg. rubr.: Audi, nequam, quid dicat.

1) v. 2. — 2) II. Kor. 10, 3. — 3) Dan. 13, 52. — 4) v. 3. — 5) v. 14. 6) v. 16. — 7) III. Král. 22, 22.

curram per vicos et plateas nudis pedibus, sed intencione fraudis calciata, teram ecclesiarum limina, posterioribus thurificabo altaria, sequar magistrum erroris, qui me coram hominibus verbis magnificabit melleis, et sic de multis. Postremo quia nullibi maior apparet sanctitas, omni die communicabo, et sic diligent me homines sicque miseram transigam ytam.

In talibus completur dictum Christi Luc. XI: [1]) *Cum inmundus spiritus exierit ab homine* s. cum de apertis et manifestis se exuerit viciis, non amore iusticie sed carnis inpossibilitate, quia non ipse [a]) vicia dimittit, sed pocius repudiatur ab ipsis, et cum videt ipsam vel *ipsum scopis mundatum* ut supra, *tunc vadit et assumit VII spiritus nequiores se et ingressi habitant ibi,* quia quod fuit apertum, fit occultum, quod fuit carnis, fit mentis et spiritus, et per consequens *erunt novissima hominis illius peiora prioribus,* quia plures / seducit 250b
quam prius, peiora operatur quam antea.

Et timeo valde, ne communicando non honorem dei sed vituperium eius intendant et exquirant, prout ab antea factum est et probatum, quia i n e x a m i n e c o n t r a m a g n u m n o t u m s e d n o n n o m i n a n d u m apostolico fuit scriptum. Qui taliter cottidie communicantes, dum accederent, intra se dicebant: A c c i p i o t e i n t u u m v i t u p e r i u m, i n m e u m i o c u m e t i n p o p u l i a p p a r e n c i a m. Sic et Pater noster dicebant: P a t e r n o s t e r, q u i e s i n c e l i s p e r v i o l e n c i a m, f i a t v o l u n t a s m e a s u b s a n c t a t e r r a.

Cum igitur ex iam dictis persuasum sit, v i d e t u r salva reverencia cuiuscunque, quod p r o c o m m u n i u t i l i t a t e s a n c t e m a t r i s e c c l e s i e et a d h o n o r e m d e i et a d s a l u t e m a n i m a r u m u t i l i u s, s a n c c i u s et s e c u r i u s s i t t a l e s a c o n t i n u a c o m m u n i o n e p r o h i b e r e q u a m e i s f a v e r e, nichil tamen determinando sed consultive loquendo. Nam quanta feriantur plaga indigne sumentes, patet per apostolum I. Cor. XI: [2]) *Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium* sc. eternum *manducat et bibit* et sequitur: [3]) *ideo inter vos multi infirmi et inbecilles et dor-*

a) A: ipsa.

1) v. 24—26. — 2) v. 29. — 3) v. 30.

miunt multi. Vnde Augustinus in tractatu De visitacione infirmorum serm. 1.[1]) dicit, quod infirmi debent signum crucis ante oculos habere. *Habent,* inquit, *christianorum archana illius dominice crucis venerabile quoddam munimentum, quod de crucis ipsius ymagine crucem cognominant, quod et nos omni veneracione dignissimum fatemur et ad recordacionem crucifixi veneramur. Conspicitur ibi in cruce quedam hominis pacientis ymago, per quam salutifera Jesu Christi renovatur passio. Hanc complectere humiliter, venerare suppliciter. Cum ad memoriam hanc tibi reduces, dic: Nec deus est nec homo presens, quem cerno, sed figura, sed deus et homo, quem signat sacra figura. Verus homo verusque deus, tamen unus uterque, probra crucis patitur, mortem subit et sepelitur idemque in crucis ligno triumphat ab hoste. Hanc ego crucem veneror, Jesum quoque adoro. Tu autem, bone Jesu, qui pro me pendens in cruce ita es passus, michi misereri digneris et presta, ut qui michi mortuus es, ut mundo moriens tibi vivam, bone Jesu.* Sequitur: Propter talia ut supra. Et de cons. dist. 3. Perlatum[2]) dicitur: *Aliud est picturam adorare, aliud in pictura quid sit adorandum discere, nam quod legentibus scriptura, ydiotis prestat pictura.* Hec ibi. Item propheta in Ps. LXVIII inprecatur eis:[3]) *Fiat mensa eorum coram illis in laqueum et in scandalum* etc. ibi omnia que secuntur. Exemplum in Juda, qui suspensus crepuit medius Act. 1.[4]) Nam ob hanc causam fuit a b. Gregorio maior letania instituta, dum Romani in die pasche continenter antea viventes corpus domini suscepissent, postmodum commessacionibus, ludis, ebrietatibus, et luxuriis
251[a] frena laxabant, propter quod inmisit in eos / deus pestilenciam tantam, ut in via, in mensa, in lectis, in ludis, colloquiis subito morerentur.

Quis enim dubitare potest fidelis, quod propter sic communicantes et irracionabiliter ipsis dantes deus hodierna die plaget mundum continua pestilencia, rerum visibilium carencia, ignium combustione et omnium rerum paupertate? De quibus dicit dominus Jer. XI:[5]) *Quid est quod dilectus meus* sc. nomine et non re *in domo mea fecit scelera multa? Numquid*

[1]) lib. II. cap. 3. Migne P. L. 40 col. 1154.
[2]) c. 27. de cons. dist. III. — [3]) v. 23. — [4]) v. 18. — [5]) v. 15.

carnes sancte auferent a te malicias tuas, in quibus gloriata es? Et infra:[1]) *Propterea hec dicit dominus deus exercituum: Ecce ego visitabo super eos, iuvenes eorum morientur in gladio, filii eorum et filie eorum morientur fame et reliquie non erunt ex eis. Inducam enim malum super viros Anathot* i. e. signo viventes.[a]) Bene signo et non veritate viventes et quecunque alia sub apparencia simulate sanctitatis operantes.

Secundo predicaverunt, quod si non daretur eis corpus Christi, debent violenter rapere. Qui statutus coram nobis et multis dixit: »Sicut enim Joseph rapuit mortuum corpus Jesu ad sepeliendum, ita dixi, quod cum inportuna instancia deberent corpus Christi petere.« Qualis gloria in falso adducto[b]) textu? Nusquam in aliquo ewangeliari legitur, quod Yoseph violenter rapuisset corpus Jesu. Mat. enim dicit cap. 27:[2]) *At Yoseph accessit ad Pylatum et peciit corpus Jesu.* Eadem verba dicit Mar. XV.[3]) Similiter et Lucas 23,[4]) Joh. vero cap. 19 dicit:[5]) *Post hec autem rogavit Pylatum Yoseph, ut tolleret corpus Jesu.* Ecce nullus ewangelista dicit, quod Yoseph violenter rapuit corpus Jesu.

Et posito casu, quod omnes dixissent »rapuit«, numquid sic faciendum esset de corpore Christi? Licet enim sit idem corpus, aliter tamen multo hic quam ibi. Nam ibi mortuum, hic vivum; ibi nondum glorificatum, hic vero per omnia glorificatum; ibi iacebat in terris, hic regnat in celis; ibi tradebatur sepulture in monumento, hic principatur super omnia et in sinu[c]) patris cum patre residet in throno; illud tangebat Yoseph nobilis decurio sed laycus, hic nullus audet tangere nisi consecratus clerus.

Stulte autem dictum est, quod viles et inmunde debeant rapere persone corpus Christi de manibus sacerdotum, qui soli digni sunt et quibus sic congruit, ut sumant et dent ceteris, ut canit ecclesia dicens:[6])

[a]) Psáno: vendentes. — [b]) Psáno: aducta.
[c]) Doplněno na: summo.

[1]) v. 22 n. — [2]) v. 58. — [3]) v. 43. — [4]) v. 52. — [5]) v. 38.
[6]) V hymnu »Sacris solemniis«.

Sic sacrificium Christus instituit,
cuius officium committi voluit
solis presbiteris, quibus sic congruit,
ut sumant et dent ceteris.

Irreverencia est magna et penalis plaga mortis eterne, qui audet corpus Christi non consecratus tangere. Huius enim figuram habemus hostilem 2. Reg. VI, quando Oza tetigit archam domini manu sua, ne caderet, et sequitur: [1]) *Iratusque est deus indignacione contra Ozam et percussit eum super temeritate, qui mortuus est ibi iuxta archam dei.* Si igitur figura tante
251[b] dignitatis fuit, / ut eam indignus eciam bono zelo tangens a deo morte percussus est, quid facturus esset deus veram divinitatis archam i. e. corpus Christi pollutis manibus, incircumcisis cordibus temerarie tangentibus? Credo, quod omnibus plagis Egipti tangeret eos, sicut dixit dominus Moysi Ex. XI: [2]) *Adhuc una plaga tangam pharaonem et Egiptum* et in hac plaga omnis plaga virtualiter continetur, quia *morietur omne primogenitum Egipciorum.* Et merito, quia tales sacrilegium committunt, quod est maximum peccatum teste Augustino, qui contra Cresconium grammaticum dicit lib. 4: [3]) *Sacrilegium tanto est gravius peccatum, quanto non potest committi nisi in deum* — sed istud est tale, ergo.

Timeo, ut supra dixi, ne in confusionem Christi sumant corpus Christi, eo quod sibi quasi carnem de macellis corpus Christi comparent, dum unus illorum hostias in pera ferebat et sacerdoti celebranti unam dabat dicens: Consecra michi hoc et quamvis obiectum sibi furiose negaret, fuit tamen a multis, qui noverant, dictum. Credo quod sicut Rome quedam, michi tamen nota, dixit quod plures essent ibi, que omni die communicabant begine,[a]) sed non in una tantum ecclesia, sed hodie hic cras alibi et sic alternando vices de ecclesia in ecclesiam modo circulari per totum annum: sic et iste facit forte transeundo de ecclesia ad ecclesiam velut a taberna in tabernam, ubique comedit perfusum panem cum confusione. De quibus dicit Bernardus in fine

[a]) Psáno: qui... benigne.

[1]) v. 7. — [2]) v. 1. 5. — [3]) Migne P. L. 43 col. 555.

tractatus corporis Christi loquens tamen sacerdotibus, quod omnibus non incongrue convenit taliter communicantibus: *Sunt enim qui lotis manibus tantum, illotis vero operibus, cruenta consciencia ad divina accedunt sacrificia, comedunt sine timore et reverencia carnes agni, qui presidet in celo, sicut carnes agni, qui venditur in foro.* Plures habemus tales, plures quidem numero non merito, simulacione non fide, specie non virtute, commixtione corporali non vinculo spirituali, carnis adiunccione non cordis unitate. Grave igitur pondus, grave periculum istius honoris et communicacionis, nisi meritis illustretur dignitas unccionis et cottidiane sumpcionis, nobilitate morum, exercitacione virtutum et instancia bonorum operum, et dicat eis Christus: *Comedite, amici, bibite et inebriamini, karissimi* (Cant. V). [1])

Sed quid dicemus de illis mulierculis, que in die Christi ter communicaverunt dicentes: Etsi non sumus sacerdotes, sumus tamen pluribus sacerdotibus sancciores, non foris oleo sed intus uncte spiritu sancto? / O superba stulticia et stulta superbia, 252[a]
que se ipsam dicit sanctam, spiritu sancto unctam, sacerdotibus digniorem, et forte omnibus vicio est substrata,[a]) ut in multis patuit! Nescit miser homo, quod in eo quod dicit se sanctum, iam a celsitudine sanctitatis cum lucifero cadit, eo quod omnis superbia proxima est ruine, ut dicit Augustinus. Patet, quia quanto homo sanccior, tanto humilior. Sic suos Christus docuit discipulos Luc. XVII dicens: [2]) *Si feceritis omnia, que precepta sunt vobis, dicite Servi inutiles sumus,* et Eccli. III dicitur: [3]) *Quanto magnus es, humilia te in omnibus et coram deo invenies graciam, quoniam magna potencia dei solius et ab humilibus honoratur.*

Cum igitur sit inicium, medium et finis omnium et mater peccatorum, qua fronte, qua audacia et qua temeritate audent sibi graciam sacerdotalis dignitatis vendicare? Sed quid facit hoc? Non nisi superba audacia, teste Augustino, qui lib. 3. de libero arbitrio dicit: [4]) *Superbia avertit a sapiencia, aversionem*

[a]) Psáno: omnibus viciose substratam.

[1]) v. 1. — [2]) v. 10. — [3]) v. 20 n.
[4]) Migne P. L. 32 col. 1307.

autem stulticia sequitur. Stulticia quippe cecitas quedam est, sicut apostolus dicit: Obscuratum est cor insipiens eorum. Vnde [a]) *autem hec obscuracio nisi ex aversione a lumine sapiencie? Vnde autem hec aversio nisi cui bonum est deus, ipse vlt bonum sibi esse, sicuti sibi est deus?* sic lucifer voluit esse sibi bonum suum, cum dicebat in corde suo: [1]) *In celum conscendam, super astra exaltabo solium meum et ero similis altissimo* Ys. XIV et sequitur: *Verumtamen in infernum detraheris in profundum laci. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum. Subter te sternetur tinea et operimentum tuum erunt vermes.* Ecce superba sanctitas, que apparuit in phariseo sicut in istis. De quo dicit Augustinus: *Meliora enim sunt peccata cum humilitate quam innocencia cum superbia,* quia *deus superbis resistit, humilibus autem dat graciam* (Jac. IV).[2])

Sed dices: Numquid non aliquando non sacerdos sanccior, iustior, devocior reperitur sacerdote? Respondetur: utique sepe sepius, ymo ut proch dolor [sepissime]. Et si sic, ergo bene dicunt, ut supra probatur, quia omnis christianus est sacerdos. Patet Apok. 1, [3]) ubi dicitur de Christo: *qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo et fecit nos regnum et sacerdotes deo patri* et Augustinus lib. II. De civ. dei cap. X: [4]) *Non solum episcopi et presbiteri, qui iam in ecclesia vocantur sacerdotes, sed sicut omnes christianos propter mi-*
252[b] *sticum crisma dicimus, / sic omnes sacerdotes dicimus, quoniam membra sunt unius sacerdotis.* De quibus apostolus Petrus: *Et ipsi tamquam lapides vivi superedificamini in domos spirituales, sacerdocium sanctum, offerte spirituales hostias acceptabiles deo per Jesum Christum* (1. Pet. 2) [5]) et paulo post ayt: [6]) *Vos autem genus electum, regale sacerdocium, gens sancta, populus acquisicionis.* Concluditur ergo ex iam dictis, quod *omnis christianus est sacerdos,* ergo omni die potest communicare et ter in die Christi.

Sed ad istam questionem respondet Augustinus lib. 1.

[a]) Psáno: ut.

[1]) Is. 14, 13. 15. 11. — [2]) v. 6. — [3]) v. 5.
[4]) Migne P. L. 41. není. — [5]) v. 5. — [6]) v. 9.

Questionum N. et V. T. questione 46 dicens: [1]) *Aliud est bene vivere, aliud potestatem alicuius officii accipere. Sicut enim qui sacerdos est, non ex eo vitam suam commendatam putare debet, ita qui sancte conversacionis et vite est, non iam ex eo sacerdocium sibi vendicare debebit. Quamvis bonum est sacerdocium, tamen malum erit ei, cui non est concessum et presumit.*

Sed talibus beghardis et beginis non est concessum ab ecclesia, licet sancti vel sancte sint, ut missas celebrent et sacramenta ceteris ministrent et eciam [a]) per consequens non ut omni die et in Nativitate Christi ter communicent, quia fatua presumpcio est. Hic error quondam me eciam presente a similiter oberrante fuit in eodem loco vel civitate predicatus, qui, ut scribit papa Gregorius XI, [2]) velut tenebrarum princeps in angelum lucis se transformans, ovis vestimento lupi rabiem vulpisque fallaciam ac sub mellis dulcedine venenum tegens, in sanctitatis specie seu ypocrisi articulos infrascriptos erroneos, falsos, temerarios, scismaticos et hereticos in ecclesia dei sancta veluti zizania in tritico seminavit, inter quos quartus est in ordine, quod »omnis homo tenetur de necessitate salutis ad minus bis in ebdomada sumere corporis dominici sacramentum eucaristie«, dicentes quod essent interius consecrati sicut sacerdotes exterius ad accipiendam eukaristiam benedictam. Gregorius: *Quod dictum est erroneum et repugnans sanccionibus ecclesie sacrosancte et sanctorum determinacionibus, ut patet satis in scriptis eorum et usu cottidiano, quem docet ecclesia sancta dei.* Hec papa Gregorius XI.

Finem huius tractatuli concludentes verbum repetamus Christi dicentis: [3]) *Attendite a falsis prophetis* i. e. custodite vos diligenter ab eis. Quod satis figuraliter dominus expressit in VI nacionibus Ex. XXXIV [b]) dicens: [4]) *Ego eiciam ante / faciem* 253[a]
tuam Amorreum et Cananeum et Etheum, Phereseum quoque

[a]) Psáno: eciam et. — [b]) Psáno: XIIII.

[1]) Migne P. L. 35 col. 2248.
[2]) V bulle, v níž přikazuje arcibiskupovi Očkovi, aby vyšetřil bludy vytýkané Milíčovi (13. ledna 1374. Raynald XVI).
[3]) Mat. 7, 15. — [4]) v. 11—13.

et Eveum et Yebuzeum. Cave, ne umquam cum habitatoribus terre illius iungas amicicias, que tibi sint in ruinam, sed aras eorum destrue, confringe statuas lucosque succide. Per quos figurantur erronei ypocrite, scismatici et heretici. Hos fuge, non converseris cum illis, nullas amicicias cum ipsis contrahe! Quare? Quia habent crudelitatem erroneam. Sunt enim homines corrupti mente, reprobi circa fidem,[1]) habentes conscienciam cauteriatam,[2]) familiaritatem deceptoriam, vitam simulatam, habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.[3]) Habent denique doctrinam pestiferam, quia molliti sunt sermones eorum super oleum et ipsi sunt iacula.[4]) Intencio quoque eorum perversa, quia intrinsecus sunt lupi rapaces,[5]) et mens obstinata, quoniam sicut Yamnes et Mambres restiterunt Moysi, sic isti resistunt veritati.[6]) Horum ergo aras false devocionis destruamus, statuas fortitudinis et superbie confringamus, lucosque inique solitudinis, conversacionis prave et societatis dyabolice, qui in tenebris ambulant et in umbra mortis[7]) conversantur, penitus succidamus, adiuvante nos divina virtute, cui nullus resistere potest, que sit in eternum benedicta Amen.[a])

---

[a]) Pod tím: Finitum a. d. MCCC nonagesimo quinto feria quarta ante divisionem apostolorum.

[1]) II. Tim. 3, 8. — [2]) I. Tim. 4, 2. — [3]) II. Tim. 3, 5.
[4]) Ž. 54, 22. — [5]) Mat. 7, 15. — [6]) II. Tim. 3, 8.
[7]) Luk. 1, 79.

IV.

JOANNES DE JENSTEIN DE MORBO SUO.

(Z rkp. kláštera *oseckého* č. 37.)

Cum anni jubilei gracia votoque urgente certis ex causis 135[2a]
et legittimis aliis urbem Romanam peciissem, vetustam pellem renovare desiderans ac novum satagens[a]) induere hominem,[1]) remeandi ad propria tempus aderat prosperoque itinere dei favente gracia feliciter peracto cum a Pragensi urbe miliaribus tribus tantum distarem, repentinus in me languor irruit horribili febre et naturalis unius diei spacio miserabiliter me quaciendo detinuit et ad usque internecionem prostravit. Vehementissimo igitur dolore et gravi infirmitate per plures dies consumpto medicis de vita desperantibus et alii spe frustrati similiter fuerunt noti, vid. mei amici et proximi, ego quoque similiter non me amplius vivere debere nullatenus reputabam et de me tamquam de morituro, quo bene determinarem finem meum, cogitare cepi. Affuit tempus matutinum et presbiter, qui misse perageret officium, in quo vite viaticum salutare domini nostri Jesu Christi corpus sacratissimum sumpturus eram, quo mediante de seculo nequam[2]) iturus perduci debueram in viam salutis eterne,[3]) de quo nempe firmiter confidebam. Accumbebam ergo ego flexis poblicibus tunc quodam cervicali, ast debilitate me nimia invadente amencia quedam succrescebat, quam cum percepissem notabiliter augeri, cepi surgere et ad presbiterum festinare hinc et hinc me duobus ducentibus, quia formido mortis ceciderat super me[4]), et ad genua incurvatus fixus here-

[a]) Psáno: satagerem.

[1]) Ef. 4, 24. — [2]) Gal. 1, 4. — [3]) Žid. 5, 9. — [4]) Ž. 54, 5.

135[2b] bam. Presbitero autem retardante in salu / taris hostie tradicione contexerunt me tenebre [1]) et apertis oculis videre non poteram, obsurdui et obmutui penitus et prout astantes asseruerunt et hii qui me tenebant plurimi ossa mea ad instar mortuorum collidi et frangi videbantur ac signa morituri hominis notabiliter foris aliis apparebant, intus vero anima mea inenarrabili dolore torquebatur. Nam ultra modum stupefactus primum de vita desperavi; nullatenus enim amplius putabam ultra videre hominem inhabitatorem quietis. [2]) Et ultimum quam terribilissima mors furit, vehementissimo pavore tunc perterritus comprobavi; totus certificatus de morte ea que mortis sunt gessi et per experienciam didici. Spiritus namque meus in arto et supremo erat constitutus et non erat iam ibi nisi vexacio, tedium, pavor, terror, dolor, anxietas et nimia perplexitas et maxime quedam amencia horribilis, que effari lingua omnium vivencium non poterit. Sed cum a domino petissem truculentissimum hunc dolorem minui, intellexi in anima mea quendam dicere: [a]) »Quid miraris de tantis doloribus? Nichil est respectu eorum, que in agone et spiritus exalacione fiunt.«

Hiis sic intra me doloribus vehementissimis sevientibus maior ineffabiliter alter dolor erat c o n s c i e n c i e interius accusantis et moriendi difficultas. Nam anima separari a corpore valde timuit, anxie ingemiscens quod sola pergeret et socium non haberet, quod certam dimitteret habitacionem et ad incertum quem ignorabat locum iret, omnia que possidebat post se relinqueret necnon et proprio corpore privaretur, ad postremum nullum quod haberet, cui calamitatis sue miseriam explicaret et quid expediret sibi pocius indicaret, sed omnibus auxiliis orbata sola quid faceret ignoravit. Vnde et cogitare in
136[1a] anima mea cepi: Heu me! ubi erit / dieta mea hodie, quo pergam, ubi nocturnus meus erit? Stupebamque pavore inenarrabili, quid tunc facerem, si horrores demonum viderem, qui me rapere vellent, si hii me ad inferna vel ad purgatorium protraherent. Nesciebam enim, utrum odio an amore dignus [3]) habitus fuerim. Vnde qui antea mori affectaveram deum rogando, ut

[a]) Psáno: diceremus.

[1]) Ž. 54, 6. — [2]) Is. 38, 11. — [3]) Eccl. 9, 1.

me de hoc medio tolleret, pretactis doloribus et timoribus motus inducias a domino deo flagitabam dicens: O domine, memor esto mei! [a]) Nondum enim testamentum feci, nondum sacra unccione sum perunctus; verumtamen quia sum postmodum moriturus, non sicut ego volo, sed fiat voluntas tua. [1]) Pater, trahe me post te. [2]) In manus tuas domine commendo spiritum meum. [3]) Et certissime postmodum cognovi, quomodo corpus nichil prodest et quod tota vis consistat in anima, que in corpore dominabatur ut rex in regno, dominus in domo, que aliquando ex perplexitate expellebatur ad exitum et renitens corpus exire iterum revertebatur introrsum.

Contigit interea michi in memoriam revocari, qualiter adhuc communicare debeam; nam in premissis pressuris oblitus eram de communione. Dixi ergo mecum: Etsi oculi mei caligant, [4]) ut intueri dominum meum non valeam, saltem os meum aperiam, ut hoc venerabile recipiam sacramentum. Sic sicque os meum aperui et ad reverenter suscipiendum corpus domini attraxi spiritum. [5]) Et statim aperti sunt oculi mei et presbiterum ante altare exspectantem cum eukaristia cum ceteris circumstantibus illitum lacrimis vidi. Cumque panem vivum, qui dat vitam mundo, [6]) conspexi, resolutum est eciam vinculum labii et dicere cepi: Domine mi rex. [7]) / Sacerdos autem mox michi corpus 136[1b] dominicum porrexit et statim a me omnis dolor abscessit modico vestigio debilitatis remanente. Vita siquidem veniente mors fugata fuit et ego sanitatem recepi.

Sed minime eam conservavi; nam post salutarem medicum et salubre medicamentum, quod in Christi corpore sumpseram, carnales medici inportunis admonicionibus [instabant, ut medicinam corporalem sumerem]. Quibus aiebam alia me non agere nisi ea que sanant. [b]) Cogitabam enim in animo meo alias michi non expedire sumere ulterius medicinas, si perfecte sanari volo; quodsi secus facerem, pro certo hoc scire me in priorem relabi egritudinem. Sed perseverante medico et instante cum aliis, ut aliquid pro sustentacione sumerem, ego miser et fragilis proclivis ad malum parui, ut obediens fierem et ne me-

[a]) Psáno: mi. — [b]) Psáno: sanavit.

[1]) Mat. 26, 39; Luk. 22, 42. — [2]) Cant. 1, 3. — [3]) Luk. 23, 46.
[4]) Gen. 27, 1. a j. — [5]) Ž. 118, 131. — [6]) Jan 6, 41, 33. — [7]) Esth. 13, 9.

dicos spernerem, qui de sanitate mea erant solliciti; confortacionem corporalem recepi et confortacionem spiritualem quantum ad corporis sospitatem amisi. Inde confestim debilitas per paululum augebatur, quam cum percepissem, testamentum feci sacroque sum infirmorum oleo eodem die ante vel citra meridiem perunctus. Credebam enim deum meum, ut hoc peragerem, inducias michi dedisse, quod postmodum plurimis paratissimis supervenientibus factum fuisset, si non michi divina dignacio pepercisset. Cui soli laus et graciarum accio sit in secula seculorum Amen.

V.

ARCHIEPISCOPI JOANNIS DE JENSTEIN DE FUGIENDO SECULO (LIBELLUS SECUNDUS).

Z rkp. *vatikánského* č. 1122.

Quos cum lugeo, me lugeo non minus carnalem illis. Nam 272[1a]
ut cum rubore dicam et lacrimarum suffusione inferam retroacta tempora, »adolescencie [a]) floride lascive [b]) deduxi annos citra vel ultra duodecim fede proch pudor et luxuriose, residuum temporis infructuose, temporalibus mersus curis, heu flebiliter consumpsi. Ab infancia delicate nutritus crapulose vixi, puer cum essem nec mereri possem« non mea sed cura parentum »septem successive beneficia aut verius michi veneficia habui inficiebantque animam meam, orare dum nescirem [c]) nec pro me nec pro mortuis, quorum tamen stipendia et elemosinas edebam et bibebam. Superflue et sumptuose [d]) induebar ac denique adhuc puer ad literas [e]) traditus fui, competenter liberalibus artibus eruditus, cepi girare mundum gracia studiorum. Pragam primum, Paduam, Bononiam, Montepessulanum, Parisios / ivi, ubi mala et bona vidi, didici et feci. Nescio si 272[1b]
profeci, quando in moribus defeci. Perversissimam quibusdam locis currebam viam nec proderat discere scienciam ac peccando cadere in ignoranciam« vel peccatum, quod nichil est, quin ut peccando in nichilum redigerer et nescirem. Nescirem quippe a veritate aversus et sui ipsius peccando oblitus. »Hinc denique ego [f]) nec [g]) plene viginti sex annorum nullo previo labore vel

a) Co jest v uvozovacích znaménkách, uveřejnil Höfler SS. II. p. 12—14. — b) Psáno: lascivie, Höfl. nemá.
c) Text: nescire. — d) Psáno: subtuose. — e) Höfl.: libros.
f) Höfl.: Tamen ego. — g) Höfl.: necdum.

merito per Gregorium papam undecimum in ecclesiam fui mysnensem promotus. Me in scampno dormientem meridie nunccio excitante, ut surgerem, et nova recitante, [a]) que dum percepissem, iacens fingensque me dormire, intra me tamen pensabam, quantos michi dominus iugiter augeret honores quamque nichilominus indignus et ingratus essem, actamen quia vanus excitanti nunccio inproperare cepi dicens: Cur me dormire non sinis? Qui respondit: Deo [b]) et hominibus es ingratus. Nonne tibi solempnem ecclesiam sine labore aporto, quam si [c]) haberet alter, vasta laboriose orbis spacia peragraret? Cui ego rursum: Numquid ergo exdormivi vel exsompniavi michi illam? [d]) Tacitus tamen rem considerans deo in corde gracias referebam. O deus meus, quam secularis quamque inutilis tunc eram episcopus, confundor erubescencia enarrare. Nec ob hoc divina michi largitas defuit, quin infra paucos annos amplius sublimasset. [e]) Me nempe inscio [f]) meisque parentibus cesareque felici [g]) Karolo imperatore ac rege Boemie ignorantibus per Urbanum papam sextum fui ad Pragensem metropolim motu
272[2a] proprio translatus, predecessore / meo et patruo in cardinalem presbiterum tituli basilice duodecim apostolorum promoto. Quod michi cum miraculose innotesceret [h]) per beatam Virginem circa eius quandam ecclesiam, carnalis quamvis adhuc, [i]) conferebam hec tamen in corde meo, [1]) vitam meam satagens in melius emendare. Sic paucis denique [j]) interiectis diebus in cancellarium fui per eundem imperatorem serenissimi Wenceslai regis filii sui presentis [k]) institutus.

Quantos vero honores et divicias fui consecutus in mundo, nescio presentibus enarrare. Nam tres papas et novem reges vidisse me memini et principes innumeros, a quibus secundum ambicionem seculi non modicos tuli profectus [l]) et honores.

a) Höfl.: recitantem audirem. — b) Höfl.: domine, deo ...
c) Höfl.: ut. — d) Höfl.: numquid somniari illa?
e) Höfl.: sublimavit. — f) Höfl.: nescio. — g) Höfl. nemá.
h) Höfl.: innotuisset.
i) Místo následujícího má Höfl.: »tamen in corde meo vitam in melius emendare statui.«
j) Höfl. nemá. — k) Höfl. nemá a ve větě má jiný slovosled.
l) Höfl.: proventus.

1) Luk. 2, 51.

Erant similiter gloria et divicie in domo patris mei«, que singula amputo tamquam ea, que de facili nequeunt enarrari.

»Hec autem [a]) ideo promsi, [b]) ut magis confunderer et ingratitudo liqueret et quantis huius seculi vanitatibus me inserui [c]) constaret.« Arridente michi mundo et desiderio meo satisfaciente »diligebam igitur mundum cum viciis et concupiscenciis suis [1]) et ab eo similiter diligebar«, et parva michi pro tunc cura de conditore mundi erat, qui me licet vanissimum diligebat tamen multum, magna michi dona spiritualia largiendo interdum et similiter visiones et revelaciones quasdam notabiles, quas pro tunc non multum levissimus estimabam.

De infirmitatibus et persecucionibus.

»Ast ne me sic linqueret in peccatis putentem, [d]) cum nec temporalibus [e]) nec spiritualibus flecterer donis, ut ad se traheret renitentem compelleretque intrare, [2]) iam perse / cucio- 272[2b]
nibus iamque [f]) gravissimis affecit infirmitatibus multis, quarum amaritudine mundus vilesceret et in deliciis suis dulcesceret Christus.« Et michi quoque factum est, ut consuevere parvulis facere perite nutrices, que ne semper velint ubera lambere, aleo pupillas inungunt, amaritudinem ut senciant et sugere disuescant. Et quamquam lac dedisset [3]) prima fronte michi ut parvulo dominus et multipliciter invitaret ad solidiorem sumendum cibum, ut evacuarem ea que sunt parvuli [4]) et sugerem mel de petra, que Christus est, et oleum misericordie de saxo durissimo [5]) sue iusticie, solis tantum penitentibus sugi apto: »non equa tamen lance [g]) vicem rependi,« sed sicut ablactatus super matre sua interdum indignanter eam pede ferit, ita retribucio ingratitudinis fuit in anima mea. »Celestis namque patris gratuita quandoque dereliqui dona et incipiebam iterum reverti ad pristina et caduca. Ast ne denuo errarem sicut ovis

a) Höfl.: Hec autem singula. — b) Höfl.: premisi.
c) Höfl.: inservi. — d) Höfl.: putrentem. — e) Höfl. nemá.
f) Höfl. nemá a vkládá: et (infirmitatibus).
g) Psáno: laute. Höfl.: non aqua tamen laude.

1) Gal. 5, 24. — 2) Luk. 14, 23. — 3) I. Kor. 3, 2.
4) I. Kor. 13, 11. — 5) Deut. 32, 13.

que periit,[1]) posuit frenum in maxillis et chamum[2]) in naribus meis traxitque potenter post se[3]) et afflixit plagis multis, gravissima me febre decoxit et« conquassavit valide, »pene mortuum dereliquit a medicis penitus[a]) desperatum. Vix tamen misero vexacio prebuit intellectum[4]) et infirmitas gravis sobriam fecit animam et[b]) intelligere cepi misterium et de retroactis malis[c]) penitenciam agere: ast[d]) quanto plus sapiebat deus, tanto amplius displicebat mundus ac magis displicebam mundo forcioribusque angebar[e]) persecucionibus.« Sed non debet qui regit stivam ideo post tergum respicere,[5]) non insul-
273[1a] tus hominum mundanorum metuere, ast au/dacter et intrepide vincere detrahencium subdolas linguas, subsanancium falsas fabulas, inproperancium argutas malicias. Maximaque animositas hec est spernere[f]) mundum maiorque quam hostes confligere, fallax quia mundus meticulosos terrore concutit, fortes blande pellicere novit hacque sagena ad se trahere genus omne humanum.

De cessione ecclesie.

Gravissimis igitur persecucionibus et infirmitatibus »multipliciter[g]) attritus sub annis, quibus ecclesiam Pragensem regebam, cum diuturno labore non[h]) proficerem sed deficerem et de die in diem rebellio et inobediencia in clero et populo augeretur et maliciam eorum minis et blandiciis avertere non possem sepiusque morti expositus sub periculo vite mee et meorum, prout est notorium« per experienciam, supervacue laborassem, »superbia eorum ascendente semper,[6]) racionabilissimis et efficacissimis plurimis de causis meam conscienciam moventibus, malui pocius dilectissimam matrem et sponsam meam Pragensem ecclesiam in manus summi pontificis resignare, quam eam male regere vel[i]) destruere. Et cui alteri[j]) teneor quam vicario Christi et ecclesie dei sancte defectus enunc-

[a]) Höfl.: paene.— [b]) Höfl.: tandem. — [c]) Höfl.: peccatis.
[d]) Höfl.: et. — [e]) Psáno: augebar. — [f]) Rkp.: spernendi.
[g]) Höfl.: Et cum multipliciter. — [h]) Höfl.: nihil.
[i]) Höfl.: aut. — [j]) Höfl.: Et quia alteri non...

[1]) Ž. 118, 176. — [2]) Ž. 31, 9. — [3]) Cant. 1, 3. — [4]) Is. 28, 19.
[5]) Luk. 9, 62. — [6]) Ž. 73, 23.

ciare[a]) meos, ut adiuvaret« [b]) manus lassas et genua dissoluta?[1]) »En[c]) ea de causa et vice altera exulavi nec tamen proinde remedium inveni,« quoniam[d]) sui interest confractum consolidare, infirmum curare et quod forte et pingue est custodire.[2]) Quodsi non ita sit, profecto exsiccantur rivuli denegante fonte aquas, arefiunt rami non ministrante radice / sucos, putrescunt 273[1b] et corrumpuntur cicatrices, si non prudentis coniectoris antidotis fulciuntur, alvearia vacuantur favis, si quo vivat non habet apis, quia sicut in capite, quod descendit et defluit in barbam Aaron,[3]) sic capitis nostri summi pontificis supereffluens habundancia debet pertingere membra atque denique in oram vestimenti descendere, ut virtus ab eo exiret et sanaret omnes.[4])

»Morbum ergo,[e]) quo languebam, detexi,[f]) vulnera, quibus sauciabar, ostendi, circumstancias infructuosi regiminis denudavi[g]) atque successorem, quis aptus esset, sibi[h]) indicavi, ne forte tyrannus succederet vel alius inutilis et indignus.« Ac inperfectum meum viderunt oculi sui[5]) et inpossibilitatem boni regiminis; »de fratrum[i]) igitur suorum maturo[j]) consilio causisque racionabilibus ad hoc eum moventibus a nexu, quo astrictus ecclesie Pragensi[k]) fui, sua me benignitate absolvit et eundem, pro quo rogavi, successorem instituit principibus magis acceptum ecclesieque Pragensi[k]) forte magis aptum.«

De inproperacione, quare cessi.

»Quod cum factum esset, hoc ipsum in caritate detractabant viri clarissimi et precipue cordialissimus preceptor et dominus meus reverendissimus in Christo pater in terris Angelus re et nomine dictus[l]) dei gracia patriarcha Constantinopolitanus cum pluribus episcopis« ac gnaris »et religiosissimis viris ceteris,[m]) tu quoque cum illis,« quidam vero laudabant. Primi male iudicabant quod gestum est; unde et quidam vir venera-

[a]) Höfl.: elucidare a jiný slovosled. — [b]) Höfl.: adiuvarer.
[c]) Höfl.: et. — [d]) Psáno: qui. — [e]) Höfl.: igitur.
[f]) Höfl.: ipsi detexi. — [g]) Höfl.: denuntiavi. — [h]) Höfl.: ipsi.
[i]) Höfl.: patrum. — [j]) Höfl. nemá. — [k]) Rkp. Pragensis.
[l]) Höfl.: ita dictus. — [m]) Höfl. nemá.

[1]) Job. 4, 3 n.; Is. 35, 3. — [2]) Srv. Ez. 34, 3 n. — [3]) Ž. 132, 2.
[4]) Luk. 6, 19. — [5]) Ž. 138, 16.

bilis in Veneciis pape nunccius, quem nosti, cuius ex causa
273[2a] nomen / subticeo, cum sibi quod gestum erat in curia enarassem, in quadam indignacione respondit bene factum esse, eo quod deo servire intenderem, acsi id crimen esset et causa, qua licite episcopi privarentur sede sua. Alii vero: Numquid ut episcopus, inquiunt, servire deo non poteras? At alii cur non perseveraverim usque in finem et multa hincinde talia recitabantur a multis.

Ast ne in hac re, tamquam male gesserim, scandalisarem unum ex pusillis minimis, qui in deum credunt,[1]) vel viros egregios, mundi luminaria, ecclesie sancte dei prelatos, huius rei veritatem nescientes, et ut ab eorum cordibus sinistras suspiciones submoveam, ut quoque quo scandalisentur in me non habeant, eos cupio non latere, quod id quod feci adhuc facerem iisdem me racionabilibus causis moventibus. Sed cum nonnulli illuminati viri in diversis mundi partibus non commendent id ipsum, timui igitur, ne quid lateret suspecti, unde et vehementer expavi, non quod me peniteat, quod bene factum esse credo, ast ne deum meum viderer quantumlibet offendisse aut proximum. Movent nempe illustrium virorum verba corda fidelium, ut culpam ibi suspicentur esse, cum non sit, unde et iterum in se redeunt, rimantur singula atque discuciunt, conscienciam probant denuo, si quid lateret, si quis latet anguis in herba.

Compellor igitur in hiis scriptis et illis satisfacere, qui mecum id ipsum sapiunt, atque illis, quibus secus videtur esse, quod sencio, ut exinde aliqualiter mundi possit contemptus colligi atque capi.

273[2b] De rei veritate, que in / hac re contigit.

Illos ergo, qui obiciunt me propter deum, ut in pace et tranquillitate sibi servirem, ecclesiam resignasse, scire volo me in hoc apostolum imitasse, qui inquit:[2]) *Omnia quecunque facitis, omnia in nomine domini nostri Jesu Christi facite.* Nam et revera propter deum cessi et tamen non cessi propter deum, quin alia eciam vid. me movissent. Nam non principalis hec causa resignacionis mee fuit, quia ut episcopus deo servire potui et melius potui.

[1]) Mat. 18, 6. — [2]) Kolos. 3, 17.

»Habet[a]) papa cartulam meam propria manu scriptam, racionabiles causas continentem«, vid. inobedienciam cleri et populi, destruccionem ecclesie imminentem et debita magna sive ereccionem cuiusdam de novo cathedralis ecclesie in eadem Pragensi civitate, que non in tantum mee quantum Romane ecclesie fuisset nocitura,[b]) ob quam et scisma fieri pertimescebam, et alias raciones. »Cui se papa conformat in bullis, affirmans in causis racionabilibus se hanc resignacionem admisisse et provisionem[c]) fecisse.« Nec quidquam ibi de servicio divino scriptum est, ac insuper nichil per me fieri desideravi, quam ut voluntas impleretur divina. Vnde in principio cartule prefate post salutacionem pape factam hec verba premisi: *Sanctissime pater, presupposita in omnibus divina voluntate* etc.

Nec abnuo,[d]) cum sic angebar curis superfluis et nil proficerem, interdum causa devocionis optasse me pacem et postulasse eam michi a domino tribui; non tamen sequitur: ideo laborem recusavi. Nec me voto aliquo astrinxi, ut amplius laborare desisterem, qui tribuente / domino felici labore residuum 274[1a] temporis consumare propono. Finxit ergo ut falsarius veritatis, si quis ausus fuit dicere me preesse amplius nolle, devocionem meam nimium attollentes, propter quam inutilis essem et remissus, hanc inidoneitatem[e]) esse existimantes officii pastoralis.

Nec eciam sequitur: quia post resignacionem nullam aliam prelaturam a papa petere volui, ergo in futurum statu carere disposui, cum deo teste horum nil desiderem, utpote quia in omnibus disposicioni me divine commisi. Cur ergo »volo« vel »nolo« dicerem, eciamsi hiis in eternum carere deberem? Ast hec feci, ne sinistra de me presumeretur suspicio, maxime perversorum ambicioni et avaricie inputancium, expresse nunccios meos prohibui, ne quidquam peterent, sed tantum pensionem aliquam provisionis debite, que consueta est eciam dari aliis resignantibus prelatis, quam ut Petrus Damyani dicit, Jeronimus et Gregorius cedentibus episcopis instituerunt sufficienter largiri, nec carere ea quamdiu studiosus sum et incolumis[f])

[a]) Höfl.: Sed habet. — [b]) Rkp.: fuisse nocituram.
[c]) Höfl.: novam alteri provisionem. — [d]) Psáno: ab uno.
[e]) Psáno: inydeonitatem. — [f]) Psáno: incolomis.

valeo; in comparandis nempe et scribendis libris aliisque operibus piis eam oportuit ut haberem.

Contestor ergo presentem et futuram ecclesiam, ut non scandalisetur in hiis meis factis; si quis forte post meam mortem hanc meam resignacionem reprehenderit vel scandalisari in hac voluerit, noverit quod sic factum se et non aliter habet, prout scripsi, fiatque in munimentum perpetuum seculis post futuris.

Responsio contra dicta magistri cuiusdam venerabilis.

Denique ut respondere valeam cuiusdam venerabilis in
274[1b] theologia magistri ob/iectis, sua qui in litera inproperanda scribebat, quo spiritu ductus cesserim ecclesie supradicte, suspectum habens, si id spiritu sancto fuerit gestum, quia scriptum est: [1]) *Probate spiritus, si ex deo sint:* si probavi, quidquid factum est, non erit reprehensibile, magis vero in illis quo spiritu reprehendant, quia non eodem spiritu reprehenditur id, quod actum spiritu sancto videtur. Neutre oportet vel utreque ut unanimiter partes concordent, ut unus spiritus et una fides [2]) sit in eis. Si contrariantur, non est ibi unus et idem spiritus. Vnde probare, utrum ex deo sit spiritus, non est hoc proprium nosse hominis sed dei inspirantis. Non enim ut vinum sic spiritum sanctum probare possumus, cum plerique spiritu sancto careant et nonnisi malignum probant, quem almum esse putant. Nec quidem noscere poterant, quo spiritu quadringenti viri Achab unanimiter prospera prophetabant, quamvis essent multi, spiritus tamen mendacii in ore eorum prevaluit et solus Micheas spiritu vero se prophetasse cognovit, unde per Sedechiam in maxillam percutitur et ab eo obprobriose obruitur: [3]) *Mene ergo,* inquit, *dimisit spiritus domini et locutus est tibi?*

Levius ferrem, si ad vapulandum alteram maxillam [4]) offerrem, quam quod illusione sathane id me arbitrarer fecisse. Ast in paciencia libet hec obprobria ferre, magistri nostri Christi vestigiis inherere, cui talia a scribis et phariseis obiecta sunt, cum in Beelzebub demoniorum principe eum eicere demo-

[1]) I. Jan. 4, 1. — [2]) Ef. 4, 4 n. — [3]) III. Král. 22, 24.
[4]) Mat. 5, 39.

nia dicerent. [1]) Qui et alibi cum sibi iterum insultarent, blasphemanter dixerunt: [2]) *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es et demonium habes,* mansuete respondit: *Ego demonium* [a]) *non habeo.* Sufficiat et nunc me respondere / michi ex- 274[2a]
probrantibus cum Christo: Ego demonium [a]) non habeo.

Sunt ergo quidam, qui quod per me factum est, male factum iudicant, quidam qui laudant. Alii ergo dicunt bene factum, alii male. Quis diiudicabit, quid sit horum verum? Nonne eodem spiritu ambulamus? Probare est difficile, quoniam cernimus opinionem utramque gnaros magistros et excellentes in devocione viros affirmare, licet videantur contrarii in opinione [b]), sed si bene perpenditur minime dissidere videntur, quia quandoque secundum raciones, quas habet, unusquisque secum rectum esse iudicat, quod putat. Plerumque ergo in illis iudicium fallitur, qui pertinaciter astruunt, quod verisimile non videtur, perfecte vero nemo noscere poterit. Nam nemo novit, spiritus domini unde veniat vel quo vadat, [3]) nisi cui voluerit spiritus domini revelare, [4]) qui verus est ponderator spirituum, [5]) quia solus unicuique dividit prout vult [6]) et unusquisque eum recipit secundum mensuram donacionis sue. [7]) Potest ergo ex eodem spiritu reprehendi minus bonum, quod fit, cum maius posset bonum fieri. Nec frustra Heliseus in Yoas regem Israhel iratus cernitur, cur tribus tantum vicibus iaculo terram percuteret, sed illi inquit: [8]) *Si percussisses quinquies aut sexies aut sepcies, percussisses Syriam usque ad consumacionem.* Eodem forte ut opinor modo, quia amicus est ille magister meus, me arguit, cur minus bonum, ut ipse existimat, fecerim cedendo, cum presidendo maius bonum facere poteram, quoque spiritu fecerim exprobrat confidenter. Cuius tamen contrarium in precedentibus potest et sequentibus constare luculencius / scriptis, melius 274[2b]
me cessisse quam inutiliter prefuisse.

Racio quare [c]) cessi.

Quo igitur spiritu cessi? Respondeo, quod racionabilibus ex causis, zelo iusticie motus conscienciaque dictante. Non alio

[a]) Text: dominium. — [b]) Psáno: opinionem. — [c]) Text: quia.

[1]) Mat. 12, 24. — [2]) Jan 8, 48 n. — [3]) Jan 3, 8.
[4]) Mat. 11, 27. — [5]) Přísl. 16, 2. — [6]) I. Kor. 12, 11.
[7]) Efes. 4, 7. — [8]) IV. Král. 13, 19.

quam spiritu sancto actus sum. Os namque domini ante omnia interrogavi, in oracione procumbens sibi revelavi causam meam,[1]) spiritum sanctum invocavi, ne in contemptibus meis et desideriis alieno spiritu defraudarer. Divine insuper disposicioni hec omnia, que fieri affectabam, et voluntati commisi. Absit autem a fidelium cordibus, ut spiritu sancto rite invocato se interserat nequam spiritus decepcionemque posset efficere. Aut si ego deceptus sum petendo, ergo et mecum quam plurimi alii viderentur decepti. Quo paraclito paranimphi ob hanc causam missi, qui mee postulacionis recitatores fuere et baiuli, legacionem peregerunt? Quo spiritu cetus venerabilis cardinalium consuluit aut summus noster pontifex consensit? Vel reverendissimus in Christo pater et magne vir devocionis, michi cordialis et carissimus, Cosmas tituli sancte Crucis in Jerusalem presbiter cardinalis, cui hoc extitit factum commissum, perfecit? Absit habere suspectos, qui haud dubium spiritu sancto inspirati[2]) hec fecere. Ecclesia namque dei spiritu sancto regitur. Cum papa in bullis testetur ex racionabilibus causis de fratrum suorum maturo consilio hoc fecisse factum. Minus autem inter cetera fuit, quod ego feci. Solum namque petivi, quia per me liberum volitum cedendi non habui, et plurimum pecierunt, quibus dictum est: [3]) *Nescitis, quid petatis* et illud: [4]) *Petitis et non*
275[1a] *accipitis, / ideo quod male petatis.* Ego vero ex racionabilibus videor causis a sacris canonibus approbatis petivisse, uno eodemque spiritu hec omnia operante.[5])

Vnde ut residuis eiusdem magistri videar respondere obiectis, non me iugum domini iam abiecisse, [sed] suave ymmo et leve iugum[6]) domini pro oneroso et infructuoso iuxta preceptum domini commutasse.

Responsio tacite questioni.

Hinc michi obicere posset iterum, cum episcopus sit spiritualis rector iugum domini ferens, cedens ergo iugum domini videtur abicere, vel aliter: Numquid videtur mundum fugere, qui episcopatum intendit dimittere? Nam episcopi est curam

[1]) Jer. 11, 20. — [2]) II. Pet. 1, 21. — [3]) Mat. 20, 22.
[4]) Jak. 4, 3. — [5]) I. Kor. 12, 11. — [6]) Mat. 11, 30.

animarum gerere et ideo dicit apostolus: [1]) *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.*

Fateor quidem spiritualem curam regiminis habere episcopum, ast si exercere non valet, quid libet regere? Si spiritualiter non valet vivere, quid prodest episcopum esse aut quid proficit desiderare episcopatum spiritualiter et consummare carnaliter? Secundum spiritum enim loquor non carnem, flebiliter ut subinferam, episcopatum iam non desiderari propter spiritualia, ast fastu ambicionis aut libidine dominacionis sive [a]) avaricie bona temporalia conquirendi. Nec enim ulla cura est de spiritualibus inbuendis hominibus, sed de alendis pecoribus, non de cultu divino augendo sed de peculio congregando, non quid deficiat menti sed quid inferat ventri. Sub quorum regimine spiritus caritatis extinguitur et caro per concupiscenciam incenditur, dileccio proximi attenuatur[b]) et / invidia ampliatur, 275[1b]
fides in perfidiam transformatur. Norunt nempe hii animales antistites gubernare temporaliter, quia caro et sanguis revelavit eis, [2]) et quod ewangelium intelligit, cum Petro dicatur[3]) *Pasce oves meas*, de pascendis hominibus, hoc ipsi intelligunt de agnis et ovibus, et animarum pastores pocius rerum sunt et corporum zelatores. Nec vetare ideo hospitalitatem intendo, que episcopis precipitur, [4]) ast ei [c]) curam prefero animarum, quia illa oportet facere et ista non obmittere.[5]) Solum solercia tua noscat me iugum durum et carnale relinquere, spirituale vero relinquere nolle, quo opitulante domino cupio modo forcius mancipari humerosque submittere ad ferendum.

De difficultate regendi.

Ego vero cum in spiritualibus non proficerem, adeo fui secularibus factis inplicatus nocte dieque laborando, ut tederet me vivere.[6]) Visus est quippe michi ut Moysi intolerabilis [7]) labor iste, [d]) totaque Boemia intrinsecus preliis scindebatur et

[a]) Psáno: sue. — [b]) Rkp.: attenuabitur. — [c]) Text: is.
[d]) Psáno: ista.

[1]) I. Tim. 3, 1. — [2]) Mat. 16, 17. — [3]) Jan 21, 17.
[4]) I. Tim. 3, 2. — [5]) Mat. 23, 23. — [6]) II. Kor. 1, 8.
[7]) Num. 11, 10.

nullo modo sic regendo evitare poteram ingens peccatum, iamque deficiebam eciam in sanitate corporis et revera nisi cicius exivissem de patria, fuissem mortuus vel gravissima infirmitate prostratus. Iam namque una obsurdueram aure nec malagma proficiebat nec ingenium medicorum, quin ut rota plaustri strideret [a]) intus in aure vel ut uterque molaris cum celeriter volvitur sive sonitus aquarum multarum [1]) in capite sentiretur, donec post tempus Venecias veniens qua habitabam domo in missa,
275[2a] quam legi de s. Lucia in die eius, eadem hora eius / meritis fui sanatus. Hec ideo pretuli, ut labor et dolor consideretur episcopi, qui in temporalibus frustra proficiens vires consumit, conquisita spargit, inaniter iactat et perdit, quorum inpedimentis et in spiritualibus oportuit deficere, cum proficere non valerem.

Habet namque dependenciam bonorum temporalium episcopus, qua deorsum trahitur, et exorte spine rerum temporalium suffocant spirituale granum. [2]) Cura namque rei familiaris hec est, ut habundancia detur habundantibus et auferatur ab illis qui non habent. [3]) Nec videtur satis, quod tribuitur; adhuc vel murmur fit aut sediciones murmurancium famulorum ebreorum garriencium in officiorum prepositos, eis omnia quod non tribuantur ad votum. Nec pesti huic provideri eciam difficulter potest, quin iuxta terre ritum pascantur superflue; si restringitur, habebis domesticos inimicos [4]) aut certe contumeliosos et rebelles [b]) servos obsequium denegantes. Hinc tot equi, tot equites, tantum pabulum nimis appreciatarum bestiarum, quin ymo expedit ut habeat currus et equites, barones plurimos et nobiles catervatim per turmas gradientes, miliciam copiosam, clientelam superfluam, qua circumquaque vallatus eat pompa nobili, qui ceu locuste cuncta devastent et devorent, bursam vacuent pariterque consumant.

Dilecte igitur perpende mi compater, si cedendo ob hoc ecclesie non sit mundum fugere sique in spiritu viventibus [5]) hec liceant sique expediat similis vita.

[a]) Psáno: studeret. — [b]) Psáno: reuelles.

[1]) Ž. 76, 18. — [2]) Mat. 13, 7. — [3]) Luk. 19, 26.
[4]) Mat. 10, 36. — [5]) Gal. 5, 25.

De officialibus ingratis.

Denique cum stulto labore ab / sumitur, nisi quis in plures 275[2b]
laboris onus distribuat, constitui igitur officiales singulos singulis officiis necessarios, at non inveni aptos, non fideles, ast ingeniosissimos exactores, avidissimos congregatores, tenacissimos pecuniarum invisceratores, pro se non domino, solis verbis servientes et colorantes forefacta mendaciis. Proprium qui defectum suis ascribunt dominis: aiunt siquidem dominos culpabiles esse, qui non sinunt eos bene regere, hospitales esse: furta autem silent atque inportune repellunt quidquid eis obicitur. Dicunt fideliter se servivisse, portare pondus diei et estus [1]) dominosque ingratos seseque gravari, licenciam fingentes sumere. Explorantes suorum dominorum mentes petunt compotum et racionem fieri, quam irracionabilem racionem astruunt esse rectam, probant clamore, que nequeunt racione, mensam verberant pugno, surgunt cum impetu ad excusandas excusaciones in peccatis, [2]) incipiunt anathematisare et iurare iuste fecisse se, fideliter servivisse: ‚Non salvet me, inquit, deus' vel ‚Mala decidam morte' aut ‚Antequam abhinc egrediar, caput frangam, si non fideliter et recte egi.'

Hec et plurimum maiora et execrabiliora ausi sunt temerarie perierando asserere, cum revera contrarium per nonnullos sciatur. Vnde petunt sibi protinus dari quittacionis literas, quas inportune exigunt, licenciam sumunt, quam per complices eorum eis dari inpediunt. Si qui vero in officiis suis sunt fideles episcopis et bene presunt, non paciuntur illos socios plurimisque nigrant in / famiis, crassantur in eorum malum, ut cogantur 276[1a]
discedere vel officium resignare.

De consilio perverso.

Hinc denique consilium carnalium consiliariorum, qui nil aliud quam ad favorem humanum et proprium lucrum consulunt. Si igitur quid arduum in medium proponitur vel ambiguum, prius simul discuciunt et quod illud fiat artant episcopum, sive sit contra conscienciam sive [in] dei et proximi offensam. Nam sepe ex metu principum vel sub aliqua spe tempora-

[1]) Mat. 20, 12. — [2]) Ž. 140, 4.

lium habendarum rerum vel favores humanos aquirendos pravissima dant consilia; cumque illis obicitur secundum deum non esse hec recta, ayunt ex adverso: ‚Non ut olym sic modo fiunt signa et miracula, ast secundum quod cursus est mundi sic suademus fieri; dimittamus modo deum in pace et obediamus magis regi quam legi', cum econtra magis sit obediendum deo quam hominibus.[1]) Cumque futura, que exinde possint oriri mala et scandala, eis innotescerem, audire nolunt, pertinaciter resistunt atque iterum subdunt: ‚Nos consuluimus vobis, quod nunc nobis videtur fiendum; si se vero aliter res habuerit in posterum, de hoc nolumus inculpari. Non sumus prophete, ut futuros possimus diiudicare eventus.' Sicque tota dies transivit in cassum et vacua fuit anima mea. Expediebat ergo se ad oracionem colligere ut deus solus iuvet et consulat. Vnde et fateor me ob hoc sepius consiliarios meos reliquisse et ad extraneos quoscunque deum timentes pro consilio confugisse. Cumque sepe
276[1b] propter / negligencias, que fiebant, eos reprehendissem, dicebant: ‚Numquid de hac re in consilio tractatum fuisse?' vel aliter mutabant: ‚sic et sic tractavimus'. Quare feci quendam librum papireum fieri, quem parabolarum nominavi, et omnia que illo die per consilium tractabantur, nominatis que ibi in consilio erant personis, iussi conscribi et annotari. Cumque transactis diebus aliquot quererem, si hec vel illa, que in consilio alias sunt digesta, expleta essent, si se non recordari dicebant vel aliter se habere factum, iubebam apportari librum, per quem eos convincebam. Quibus cognitis magis exprobrabant dicentes me eis tanta iniungere, quod si centum essent, ea non possent quomodolibet adimplere.

De impedimentis quietis et devocionis.

Et quod videtur grave et inportabile, non paciuntur episcopos oracioni, leccioni vel consideracioni vacare. Dicunt esse illas maledictas oraciones nonque dare audienciam hominibus, non facere iusticiam pauperibus, negligencias multas committere, et multa alia confingunt similia. Vnde cum missam legerem, alii concuciebant ostia, alii super tectum ligna et lapides proiciebant, ut intermitterem incepta vel cicius finirem. Nec

[1]) Sk. ap. 5, 29.

hic modum ut in aliis mundi habent partibus, ut certis horis, quibus audiencia datur, venirent, sed dormiat vel comedat episcopus vel missam legat, si presencia eius non presto fuerit, increpant, iudicant, recedunt. Cumque quandoque interrumperem horas [et] descendissem, ut viderem, si tanta esset necessitas, nil audivi nisi curiosas fabulas et verba va/na; nam qui 276[2a]
audienciam postulabant, non alia racione quam ut ibi comederent convenerant, sepeque oportebat me ociosum ibi sedere, ne eorum animos perturbarem.

Igitur contestor deum meum in consciencia mea, nisi aliqua oblivione deceptus, de scitu meo neminem obmisisse in excepcione iusticie, sed per me vel meos iusticiam eis debitam feci fieri et cum per meos negligenciam factam cognovi aut semiplenam iusticiam, omni labore solus consummabam. Ob que non modicam indignacionem capiebam, quia post missam sepe usque ad noctem stabam vel sedebam et quandoque pro magna parte noctem deducebam insompnem, finem dando negociis, relinquentibus me consiliariis meis omnibusque subtractis. Qui tamen ob hoc non minus detrahebant michi, negligenciam inpingentes.

Sileam multa ex paucis que non facile annotantur, unum tamen subdo: Episcopus, si non carnaliter vixerit, non est aptus regimini et ab hominibus carnalibus despicitur, ut parum eciam vel nil in spiritualibus proficere possit. Nil igitur, compater dilecte, hiis difficultatibus agnitis perturbacionis videtur ingigni materia, si mere carnalia, que sine peccato fieri non possunt, vitavi, si similiter ne peccarem, seculum utcumque[a]) fugi, perspectis similiter que post hunc libellum conscripsi verbis epistole diligenter.

Quomodo mundus spiritualibus adversatur.

Ut te autem minime lateat difficilis fuga seculi, recito nunc quod gestum est. Postquam de Veneciis ad Pragam redii, si tamen proprie eloqui poterit, qualiter se erga me habuerint rex
cum / principibus, barones cum nobilibus sive clericis et popu- 276[2b]

[a]) Rkp.: utrumque.

lus. Quidam nempe compassione ducti flebant, alii vix lacrimas continebant. Quidam tristi facie pectoris amaritudinem detegebant vultusque aliorum vidi in diversa mutatos, gestu suo animi dolorem testantes. Cuius enim vel saxeum pectus non permolliant hec talia, ut vel ad mundum redeat aut vix vel difficulter se a mundo[a]) excuciat. Audivi eciam laudantes quosdam quod factum est, alios econtra vituperantes, quos vultu ylari et iocundo opportuit sustinere pacienter atque verbis levibus et dulcibus emolire, qui nequaquam amaro tulissent animo, si reversus fuissem idem vel consimilis prout exivi prelatus.

Plane ut tibi fatear, mirabili quadam commutacione inimicos vidi in amicos conversos, cordialiter de mea mutacione dolentes, amicos vero quosdam inimicorum larvas gerentes torvo me et procaci aspicere vultu, stuporque occupaverat plurimos et non modica admiracio multos.

Hec ideo annotavi presentibus, quatenus constaret, qualiter displiceant mundo facta spiritualia, quomodo vita solitaria sive fuga seculi ac refutacio terrenorum; et hoc est mundum spernere, amores et odia non curare, iras et amicicias contempnere, fletus et irrisiones pacienter ferre, multitudinem compaciencium amicorum flocci pendere. Ast hec de me non audeo dicere, qui se (!) tunc aliter habebam in pectore et aliter ostendebam in facie, non ob causam aliam, quam quod eos cernebam
277[1a] me tenerrime diligere. Qui licet aliqui quondam / michi plurimas fecissent offensas et privare consilio et auxilio me niterentur antefata ecclesia, expost facto tamen vinculo caritatis permoti, si fuisset possibile, propriis me sumptibus forsitan comparassent.

Ecce hii favores quomodo pelliciunt mundum fugientes. Facilius ergo est adversa mundi devincere quam que demulcent prospera, quia suavius alliciunt amicos oblectamenta mellita. Temporalibus igitur nimium illectus laboribus carnalibusque placens hominibus, maxime nativis in partibus, nescio amande compater securus consistere desiderataque pace frui et devocione optata multoque tecum quiecius degebam Veneciis curis et laboribus penitus postergatis.

[a]) Rkp.: amando.

De contemptu mundi.

Loquatur[a]) igitur homo, psallat de me calumpniam, vertar in canticum eorum[1]) tota die, ventiler in proverbium et fabulam, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam,[2]) ut purgamentum fiam atque peripsima,[3]) hec cogitabo pro peccato meo[4]) et erit michi hec salubrior medicina. Sanant magis me increpaciones in populis[5]) quam blande laudes in oculis; radicem magis fecundant hec stercora quam si apponantur aromata; livor et plaga tumens[6]) vino magis indiget quam oleo acticoque sale tumor est asininus curandus; servo malivolo tortura et compedes.

Ingratitudo beneficiorum tantorum michi indigno a domino collatorum pena plectenda est; expianda sunt condigna penitencia peccata. Me genarum rubor et confusio, rectos autem decet collaudacio.[7]) Purgatorium / meum est iste mundus; 277[1b]
prius de me querebatur, cur preessem inutilis, modo magis queritur, prelature cur cesserim, cur traho ocia, cur pacem desidero. Plangit mundus suum quem perdidit filium, quem[b]) utinam perdidisset sibi mortuum, deo autem vivum. Qui mundo cum degeret vivebat, mortuus autem deo erat, ast qui mortuus deo fuit, iam revixit, perierat et inventus est.[8]) Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quidquam.[9]) Opto saltem, quod non habeat,[c]) ut in me non inveniat aut inveniar ego in illo. Qui et revera multa adhuc agere secum habeo, cum se excutere sit difficile ab illo. Quis etenim it inter arva, quem lappa non tangat? quis rosas colligens non aliquando configitur spina? quis ligna secans se sudibus non quandoque offendit? Leni[d]) quacunque parte erinacium et te punget aculeo, blandire mundo et eius capieris hamo. Fuge eum nec tamen aufugies ab eius laqueo.

Vides ergo, quanta hiis, qui mundum fugiunt, est dominandi potencia. Spernunt enim mundi regna et universa crea-

[a]) Text: loquar. — [b]) Psáno: quod. — [c]) Text: habeant.
[d]) Psáno: levi.

[1]) Job 30, 9. — [2]) II. Kor. 6, 8. — [3]) I. Kor. 4, 13. — [4]) Ž. 37, 19.
[5]) Ž. 149, 7. — [6]) Is. 1, 6. — [7]) Ž. 32, 1. — [8]) Luk. 15, 24.
[9]) Jan 14, 30.

tura inferior est eis suntque hiis que contempserunt maiores, vilipendentes divicias mundi et gloriam eius, que ut stercora arbitrati [1]) sunt propter Christum universa. Creatore ergo habito omnia que creata sunt nostra sunt, quia cum Christo omnia nobis donata sunt. [2]) Respuimus ergo alia et Christum solum volumus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia sunt. [3]) Si Christum induistis, [4]) omnia sprevistis. Est enim Christus victus et vita nostra. Non eget ergo diviciis, qui Christum vere amat, non dignitatis fastigia, non mundi querit gloriam et ho-
277[2a] nores. Fuisti / enim rex et maior rege es, si terrenum spernis regnum. Ultra es omnem pontificem, si pro Christo cum Christo eius dominatum contempseris, carnalem dico et secundum gloriam huius mundi. Inferius est enim quod contempnitur contempnente, nobilior est possessor eo quod possidetur. Facile contempnit omnia, qui deum vult lucrifacere. [5]) Contemptor ergo diviciarum et glorie superior est, inferiora vero eciam omnia alia sunt. Si bene ergo contempnit, omnibus supereminet, nec hiis quidem indiget, sed eo a quo et ipse esse suum habet.

Confessio et exhortacio ad dei misericordiam impetrandam.

Videat pro me dominus, si via iniquitatis in me est et deducat me in via eterna. [6]) Ipse enim de ventre matris mee deus meus est. [7]) Ipse me peccatorum multorum [a]) lepra luridum sui sanguinis unguine expiavit. Ipse me de vulva productum [8]) redemit et pavit, ipse et olidum in peccatis fetentem excusavit et ab infamia liberavit. Ipse [me], qui erravi sicut ovis que periit, [9]) sacris suis humeris reduxit et baiulavit. Ipse me semper in omnibus necessitatibus meis, cum ad eum supplices preces porrigerem, exaudivit nec me noxie labi permisit. Ipse me sua, si lapsus sum, bonitate statuat misertusque mei propter ineffabilia, que indigno contulit, dona gratuita, ipse consoletur me in se, ut sic sibi serviam fideliter, sic attente et diligenter, ut

[a]) Text: minorum.

[1]) Filip. 3, 8. — [2]) Řím. 8, 32. — [3]) Řím. 11, 36. — [4]) Gal. 3, 27.
[5]) Filip. 3, 8. — [6]) Ž. 138, 24. — [7]) Ž. 21, 11. — [8]) Job. 38, 8.
[9]) Ž. 118, 176.

sibi reddar, sibi restituar, secum in domo patris sui, in qua mansiones multe sunt, [1]) inhabitem in longitudinem dierum. [2])

In hac ergo cessione si deum offendi vel proximum, si carnalitate aliqua motus fui vel si laborem fugere sive persecuciones per hec volui / evitare, quas tamen sepe michi optabam 277[2b] fieri, a quibus sicut permissione temptabar divina, ita liberabar miraculosa eius victoria, erant quia tunc michi temptaciones mee saluberrima medicina: hec certe interdum mentem movent aliqualiterque conturbant, ne si forte scienter, ignoranter vel negligenter seu quoquomodo divinam in hoc offendissem clemenciam: quantum ergo michi divina dederit gracia, opto pro remissione peccatorum in presenti vita purgari, ne indignacionem michi superbone bonitatis incurram. Quod a te et ab aliis servis dei, amande compater, efflagitari apud divinam munificenciam et virginem Mariam desidero, quatenus pro me turpissimo prece sua advocet peccatore Jesum Christum filium suum, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum.

[1]) Jan 14, 2. — [2]) Ž. 22, 6.

VI.

ARCHIEPISCOPI JOANNIS DE JENSTEIN LIBELLUS APOLOGORUM. [a])

Z rkp. *vatikánského* č. 1122.

Epistola ad nobilem virum dominum Henricum de Roseo Monte alias de Rosemberg in Boemia.

»Cordialissime [b]) cur amicorum amice admiracione percelleris, ingenue cur vir et nobilis mente turbaris, multis qui de causis legittimis deifico et sincero movente me zelo [c]) ad anteriora conversus frugem cupio vite consequi melioris? An te latet vita prava, quam post crepundias puericie vaga adolescencia flebiliter peregi? An dispendiosa vite mora, quam tot illectus illecebris in hac mundi miseria noxie protraxi? An non nosti eciam innumeris quibus in peccatis degentem et post flagicia me evexerit honoribus respexeritque donis deus? Ob que necdum
278[1a] aliquantulas graciarum utcunque acciones persolvi. Nec te si / militer adversa latent mala, que in hoc nequam seculo [1]) pertuli, sancte Pragensi ecclesie quamdiu prefui. Qui sine intermissione aliis quiescentibus lacessebar iniuriis, labefactabar infamiis, angebar pressuris; nec dabatur lasso requies« ulla, adeo ut labor quem faciebam esset inutilis et infructuosa circa commissum michi gregem vigilia et quanto ardencius insistebam

[a]) Psáno: Appollogorum.

[b]) Co jest v uvozovacích znaménkách, uveřejnil Höfler SS. II 15—17. — [c]) Psáno: monente. Höfl.: monente me coelo.

[1]) Gal. 1, 4.

corrigendo rebelles, tanto amplius extimplo prodiebant [a]) recentes. Ac humiles, quas caulis pavi oves, feros imitabantur leones, larvam menciebantur luporum, subdolis vulpeculis erant similes, caninis latratibus quedam detrahendo vivebant. Cum scorpionibus degebam, [1]) a quorum crebrius blandiciis armatis vulneribus sauciabar. »Operabar terram et non dabat fructum suum, sed spinas et tribulos germinabat [2]) michi. [b]) Vineam pastinavi [3]) et expectavi, ut faceret uvas et fecit labruscas.« [4]) Agellum severam bono semine, qui et zyzania pullulavit. Frustra appendebam pecuniam meam et non in panibus, argentum meum et non in saturitate. [5]) Si quid devocionis, si quid erat humilitatis, si denique virtutis aliquid videbatur, ypocrisi et simplicitati imputabatur suspecte omnesque actus, gestus et opera inspexerunt et consideraverunt in me, [6]) »adversum me loquebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinum, [7]) dicentes tante ecclesie regimini non aptum me esse, hospitalitatem nescire, inordinate vivere, instrenuum [c]) pro defensione ecclesie multa negligere, in iusticie exhibicione remissum, in execucione negociorum tardum«, ecclesiamque destructam solempnem.

»Hec famabat populus et presertim [d]) domestici ini / mici, 278[1b] qui edebant panes meos, [8]) amici similiter et proximi mei, qui dulces mecum capiebant cibos, [9]) non animadvertentes, [e]) quantas iacturas bonorum, pressurasque tulerim quotque impedimenta a tanto tempore, quo ecclesiam gubernare cepi, habui quantisque involvebar dampnis«, [f]) magnisque hospitalitas sumptibus conquisita pecoribusque et frugibus repletis curiis sub una ira principis tollebantur ac inde incredibilibus dampnis per-

[a]) Jenst. píše: prodiebam, fugierunt.

[b]) Höfl. nemá a dále: plantavi vineam.

[c]) Höfl. nemá. — [d]) Höfl. nemá.

[e]) Höfl.: advertentes.

[f]) Höfl.: quotque impedimentis a toto tempore, quo ecclesiam gubernavi, involvebar. A dále: nam magnis sumptibus conquisita pecoribusque et frugibus repleta horrea sub una principis ira tollebantur; hinc dampnis perceptis, debitis ...

[1]) Ez. 2, 6. — [2]) Gen. 3, 18. — [3]) Is. 5, 2. — [4]) Mar. 12, 1. [5]) Is. 55, 2. — [6]) Ž. 21, 18. — [7]) Ž. 68, 13. — [8]) Ž. 40, 10. [9]) Ž. 54, 15.

ceptis debitisque crebrescentibus egere oportuit, nisi forte inprovidencie mee causa sit illa,[a]) quod census libere repetere non potui, ymmo et [b]) debitum egentibus dimisi, [c]) culpas delinquencium parcissime exegi, mortuorum devoluciones sumere nolui« peccatum incurrere pertimescens. »In hoc etsi preterito tempore fuerim inprovidus, in futurum tamen anime mee providi«,[d]) quia providencia rerum temporalium est inprovidencia spiritualium eternorum. »Denique de pauco tantum et modico [e]) censu vixi, michi, familie[f]) et ecclesie inde [g]) satisfaciendo. Castra edificiis sumptuosis construxi nec pro uno quidem crine[h]) ab ecclesia alienavi. Et ut de multis sileam aliis,[i]) causa premissorum alia non existit, quam quod propheta sine honore non esset nisi in patria[1]) sua« [j]) et in cognacione et in domo sua.[2]) Et quamquam frequenter michi exprobrassent inutilemque me dicerent nescireque regere credereque michi utilius esse [orare] quam curam pastoralem dirigere: miror inmodum, cur aliqui eorum reprehendunt modo quod feci, cum desiderium eorum cedendo compleverim.

Ast ut ad inobedienciam videar venisse mei cleri et pauca de multis perstringam, qui hoc scismate aut guerrarum tem-
278[2a] pore, ymmo et sicut rexi Pra / gensem ecclesiam, non dico de omnibus sed de eorum plurimis, tantis me iniuriis vexavit, iam coram principibus iam coram populo, modo in curia romana subdola de me mendacia confingentes, iurisiurandi inmemores fideique et obediencie sue.[k]) »Nam cum[l]) diligentissime collegia conventusque visitassem, eorum[m]) volens mores et vitam corrigere, nil proficere valui,[n]) quin ymo cum omnia crederem bene gesta« [o]) ex eo quod visitassem, »maiora mala et discordie se-

a) Höfl.: improvidencie mee imputandum sit.
b) Höfl. nemá ymmo et. — c) Höfl.: remisi.
d) Höfl.: In hoc autem si improvidus dicar, anime tamen mee providi. — e) Höfl. jen: de modico tantum.
f) Höfl.: mee familie. — g) Höfl.: exinde. — h) Höfl.: teruncio.
i) Höfl.: et ut aliis sileam. — j) Höfl.: esset in patria sua.
k) Text: suis.
l) Höfl. z předchozího: Ceterum ut de cleri mei inobediencia de multis pauca perstringam, cum diligentissime ...
m) Höfl.: omnium. — n) Höfl.: potui. — o) Höfl.: iam stabilita.

1) Mat. 13, 57. — 2) Gen. 12, 1.

quebantur« sicque compescere rebelles minime valui, »quia [a]) iam ad regem aliosque principes accedebant et ut in errore permanerent, potenter efficiebant; sicque de die in diem obediencia decrescebat et accrescebat[b]) rebellio.« Quare et tam solempnis ecclesia a sancte memorie Arnesto predecessore meo tercio visitata non fuit, in quantoque errore divisioneque consistat et dampnis, non faciliter poterit enarrari. Quorum tantum fictam obedienciam habui, qui iam quarta vice lites mecum non sunt veriti seminare, qui denique et ecclesiasticam spernentes censuram multiplicibusque sentenciis involuti ultro se immiscuere divinis, irregularitatibus implicati.

»Diu quoque negociis sic durantibus ad tantam est deventum inobedienciam, [c]) ut vix vel nichil[d]) proficerem«, sed ocio vacarem frustraque stipendia ecclesiastica sumerem, cum nil efficere valerem. Ast »novissime cum exulare me contigisset e patria pro ecclesie mee eorumque [e]) libertate« attenuatus magnis debitis »caritativum subsidium postulassem« a clero, »informatus in curia romana, quod in hoc casu michi de iure [e]) competeret,« a carissimis meis sincerissimisque amicis plebanis et aliis, quos concernebat factum, petivissem, qui se id fa / 278[2b] cturos libenti animo spondebant dicentes, quod in hoc non sint gravati propter graves labores meos ac modicam quam pecii pecunie quantitatem: sed carnalissimis et avarissimis decepti fallaciis quorundam prelatorum et canonicorum, mendaciter qui confinxerant, quod eos in servitutem perpetuam redigere vellem, credentes, id quod erant polliciti modo facere renuerunt, ast »turmatim in me fere per omnes archidiaconatus consurgentes, et contumeliosis verbis restiterunt et contra me conspiraverunt, appellacionem formantes«,[f]) quamvis nonnulli eorum et quasi omnes postea de veritate edocti non modicum doluissent michique dedissent, si exigere voluissem, a quibus propter mala modo vigencia tempora nil recepi.

Hec tamen hii carnalissimi et avarissimi ideo faciebant, ut soli deciperent et subtili ingenio aurum a clero extorquerent, cum ecclesie Pragensis archidiaconi nil deberent sine licencia

a) Höfl.: que. — b) Höfl.: crescebat. — c) Höfl.: eo res devenit.
d) Höfl. jen n i h i l a přidává: amplius. — e) Höfl. nemá.
f) Höfl.: conspirantes appellacionem formarunt.

episcopi a suis plebanis exigere, qui tamen omni quasi anno curialiter ab eis argentum extorquent, ab ymagine dei recedentes seque ad ymaginem cesaris convertentes. Vnde frustra visitabam et corrigere clerum non potui, quoniam pro culpa pecuniam recipiebant et quod ego perficiebam, ipsi destruebant, quia alter edificans et alter destruens non est utilitas in utrisque. [1])

»Ecce quomodo filii consurgunt[a]) in parentes« [2]) suos, floccipendunt antistites, a iugo se proprii excucientes pastoris, filii utique Belial, [3]) de quibus scriptum est: [4]) *Generacio enim perversa est et infideles filii,* »de quibus Ysaias dicit: [5]) *Filios enu-*
279[1a] *trivi et exaltavi illos, ipsi autem*[b]) *spreverunt me.* Popu/le meus, quid feci tibi aut in quo contristavi te? responde michi. [6]) Quia pro te in mortibus frequenter fui, [7]) pro libertate tua strenue pugnavi, te virtutibus quasi monilibus decoravi: cur ingratitudine moveris, cur indignacione absumeris? An quia nondum ad sanguinem restiti? [8]) sudores tamen pro te sanguineos desudavi, vires mee iuventutis consumpsi, substanciam meam pro tua libertate impendi et pro uno aureo centum meos[c]) pro te solvi. Cur, ingrati,« vestri quondam prelati lampadem humilitatis »mee contempnitis et diligitis libencius presules habere recentes? [d]) En vestro desiderio parui, en cessi illi quem vestra pocior pars desiderabat successorem [e]) fieri.

Vel [f]) si fortè adhuc exprobrare velint, carnalitate me motum quadam [g]) dicant nepoti pocius favisse [h]) quam alteri, forsitan pro parte [i]) verum dicent,« quin ymo et imitatus sum Christum, qui Johannem cognatum suum precursorem baptistam et plus quam prophetam [9]) constituit, Jacobum et Johannem fratres suos apostolos fecit. Hoc eciam docet apostolus: [10]) *Si quis* inquit *et maxime domesticorum suorum curam non ha-*

a) Höfl.: exsurgunt. — b) Höfl.: vero; a dále: O populе ...
c) Höfl.: de meis.
d) Höfl.: me contempnitis et presulem recentem habere diligitis.
e) Höfl.: mihi successorem. — f) Höfl.: Quod. — g) Höfl. nemá.
h) Höfl.: quod in hoc nepoti pocius faverim. — i) Höfl. nemá.

1) Eccli 34, 23. — 2) Mar. 13, 12. — 3) Deut. 13, 13 a j.
4) Deut. 32, 20. — 5) Is. 1, 2. — 6) Mich. 6, 2.
7) II. Kor. 11, 23. — 8) Žid. 12, 4. — 9) Mat. 11, 9.
10) I. Tim. 5, 8.

bet, fidem negavit et est infideli deterior. Certe et plurimi sunt nobiliores sed elati, docciores [a]) sed inflati, prudenciores sed avari; illi vero, qui sunt dignissimi, utpote servi et amici dei, licet sint nobiliores, docciores[a]), prudenciores, non sunt tamen ydonei, quia non noverunt regere, apti non sunt ecclesias gubernare, et cum sint tales plurimi, pro tanto tamen regimine iudicantur invalidi. Isto namque tempore qui seculariter vivit, episcopatui preficitur estque aptus hominibus et qui avarus prudens, qui dives sapiens, qui violentus ecclesie dicitur esse defensor. »Hunc vero, quem ab in/fancia novi, [b]) scio qualis 279[1b]
fuerit: [c]) in laudibus eius me non laxo, quia suspectus ego ero« [d]) meque eciam sua mala latent; non ergo hunc iudicabo indignum, si turbam aspicio honorem hunc aspirancium tot indignorum. In hoc ergo lavabo inter innocentes manus meas, [1]) quia »caro [e]) et sanguis non revelavit michi, sed pater meus, qui in celis est.« [2]) Si quis vero peccata sua, que me latent, novit, si sine peccato est, primus in eum lapidem mittat. [3]) Ecclesie placuit et deus sic fieri voluit, »rex pro eo intercessit et scripsit,« [f]) non ergo culpa hec cedendi mea fuit; ac si peccavi, misericors et miserator ignoscat michi dominus. [4])

»Nec me criminet blasphemarum compositor infamiarum arguatque, quod provisionem [g]) prout moris est receperim ad vite dumtaxat tempora michique hanc non competere« [h]) dicat, ex eo presertim arguens talibus non indigere servos dei, [i]) qui omnia debent pro Christo relinquere,« quos quasi irrisione dignos confutare racionibus possem plurimis, si fastidium non generarem legentibus propter prolixitatem epistole. »Ast tantundem [j]) noscant non pro me eandem sumpsisse sed pro [j]) Christo eamque sine reprehensione velle impendere,« nec mea

a) Psáno: doctores. — b) Höfl.: Sed hunc ab infancia novi.
c) Höfl.: sit. — d) Höfl.: suspectus forem.
e) Höfl.: id tamen caro.
f) Höfl.: scripsit insuper rex pro illo et intercessit.
g) Höfl.: Nec me criminent, quod provisionem ...
h) Text: compescere.
i) Höfl.: ex eo quod talibus servi dei non indigeant.
j) Höfl. nemá.

1) Ž. 25, 6. — 2) Mat. 16, 17. — 3) Jan 8, 7. — 4) Ž. 85, 15 a j.

archana illis revelare [a]) intendo nec [quo] zelo fecerim reddere racionem, cum servi non debeant dei vilioris condicionis existere quam ministri sathane, consuevere qui sibi mamonam cupidius inbursare.

Neque sic scribens alios arguo innocentes, sive sint in clero vel populo, quia a me nulla suspicione notantur, a quorum dilectione nemo me poterit separare, sed sola mors in presenti dividere et caritas divina colligere in futurum. Illos tantum
279[2a] sermo tangit, qui pretactis sunt viciis obfuscati, quos / si tua velit prudencia diligenter cognoscere, hanc eis velis epistolam legere et illico consternatos vultus eorum invenies aut contractam rugis faciem aut ceruleum eorum aspectum vel rubore perfusas genas indignanteque obtrectabunt labello et prurientibus auribus [1]) audient detestantes cunctaque interius scripta reprehendent, et sic a fructibus eorum cognosces eos. [2])

Qui denique eadem cupientes laute reprehendere, iterum ayent ex adverso premissas iniurias pro Christi me ferre pacienter nomine debuisse: *Beati* [3]) qui dicunt *eritis, cum vos oderint homines et exprobraverint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter filium hominis,* non solum eciam talia pati, sed eciam usque ad mortem decertare debere, adicientes premissis: [4]) *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Non me ergo cedere et resignare ecclesiam ideo debuisse.

Ad quod breviter respondetur verum esse, si sic ut dictum est res se haberet. Nam si hec causa cedendi esset, ante sexdecim annos cedere expediebat magis, a quo tempore mortificabar tota die [5]) ac plurimas sum persecuciones perpessus, nunc vero partita in plures persecucione [b]) aliis pacientibus solus quiesco nec aliqua notabilia dampna percepi. Sed esto quod inferunt, [c]) numquid ut more seculi loquar castra non habui, in quibus confidunt filii hominum, quibus nunc careo? et quia non tantam potenciam habeo, erit ergo facilius me comprehendere. Modo superinpendi pro Christo desidero quam longis cruciatibus mori in grabato. Absit ergo a me fugere, ad que debeo properare. Ast si placet, fugio — et martires fugierunt, sed non effugierunt, caputque nostrum Christus fugit in Egyp / tum, 279[2b] qui eciam appropinquante passione non palam ambulare voluit, quia querebant eum Judei interficere, [1]) ac ne interficeretur, abscondit se ab eis, [2]) qui idcirco in hanc terram [a]) advenerat, ut animam suam poneret pro amicis suis. [3])

Si te vero scire delectat, cur abscessi, cur ecclesiam resignavi; post raciones premissas alias tibi subiungam. Vexaciones respondeo, quas ex presencia mea habui, declinavi, propter quas et sumptus magnos feci et dampna maiora percepi et ad antiqua debita alia maxima adauxi, magnas gentes tenendo, civitates et castra muniendo et tocius anni victum cum censibus paucis diebus expendendo, nec sumptus habere potui nec ullum mutuum nec subsidium in toto regno. Hic creditores, hinc debitores, illinc exactores utcunque exigebant pecuniam et eis que non rapui, tunc exsolvebam [4]) meamque ecclesiam, si mansissem, utique destruxissem. Nec solvere debita simul potui et bella gerere, cum experienciam armorum sicut David non habebam, quibus hostes devincerem sicque [b]) me vindicarem de inimicis, quos precepit dominus diligere, vel resarcire hiis qui vi rapiebant, similiter atque propellendo pauperum iniuriam alios pauperes spoliare, cum non modus sit alius propria et pauperum bona defendendi nisi vim vi repellere, que utique fecissem, si faciendo deum et proximum non offenderem. Vidi me undique perplexum, undique vexatum, et proculdubio sine peccatis maximis, incommodo et iactura pauperum mee ecclesie non potuissem proficere: igitur ut eadem peccata fugerem et dampna maiora evitarem, disposita modo meliori ut po / teram 280[1a] ecclesia tanta declinavi mala. Parcas cum paucis tuli expensas Veneciis, ne gravarem ecclesiam, ut solverem debita.

An non me racionabiliter cruciabat dolor, anxiabat malum, regni divisio, pauperum iactura, tot homicidia, virginum, viduarum et coniugatarum prostitucio, rapine, iniurie aliaque infinita mala, que hincinde gerebantur, que arcere [c]) erat inpossibile ac audire nimium michi grave?

[a]) Rkp.: vigilare. — [b]) Psáno: persecuciones.
[c]) Text: inferant.

[1]) II. Tim. 4, 3. — [2]) Mat. 7, 20. — [3]) Mat. 5, 11.
[4]) Mat. 24, 13. — [5]) Řím. 8, 26.

[a]) Psáno: horam. — [b]) Text: utque. — [c]) Psáno: arte.

[1]) Jan 7, 1. — [2]) Jan 8, 59. — [3]) Jan 15, 13. — [4]) Ž. 68, 5.

Nec cum omnia fecerim, suspicionibus ideo carui, mendacissimis de me querulantibus iam regi iam baronibus, sicque hincinde suspicionibus pressus malui pocius una culpa notari quam mille aliis, si presencia affuisset.

Sed quia non est angulus, qui detractoribus careat, et alia opido obici possunt me insipienter egisse tantamque dignitatem dimittere, de supremo gradu ad infimum descendisse, de perfecto ad minus perfectum, quodque magis mereri potuerim manendo episcopus, multaque similia, qui utique secundum carnalitatem videntur sibi dicere veritatem, si non alia multitudo fidelium in contrarium affirmaret: fateor me hanc fecisse stulticiam. Non enim michi providere valui ut villicus iniquitatis, qui ne amoveretur a villicacione, prudenter egit et a domino suo extitit commendatus, quia filii huius seculi prudenciores sunt filiis lucis in generacionibus suis,[1]) sed stultus fieri prius volui, ut denique sapiens fierem,[2]) cum David vilior[3]) apparere curavi, cum quo et ego psallo:[4]) *Elegi abiectus esse in domo domini magis quam habitare in thabernaculis peccatorum.* An non stulta mundi eligit dominus, ut forcia quoque devinceret?[5]) Certe utique stulte egi secundum animalium hominum racio-
280[1b] nem, prudenter tamen michi pro / vidi secundum spiritualium hominum consideracionem, quia sic agendo providebam dominum in conspectu meo semper.[6]) Et ideo gibbum deposui, qui obstabat, ne foramen acus[7]) michi parvum esset sollicitudinum mundialium; spinas contrivi, ut fructificare magis possim; bonam commutacionem feci pro anima mea[8]) derelinquendo temporalia, spiritualibus inherendo, tradens momentanea pro eternis, caduca pro stabilibus, marcida pro incorruptis, transitoria pro permanentibus, falsa pro veris.

»Porro« nec sane se loqui credant,[a]) »qui a supremo me gradu ad novissimum autumant descendisse,[b]) utpote qui secundum dignitatem idem[c]) semper maneo. Per unccionem quippe caracter impressus est, quem si velim linquere non valeo

a) Rkp.: credunt. — b) Höfl.: decipiuntur, nam ...
c) Text: ideo.

1) Luk. 16, 8. — 2) I. Kor. 3, 18. — 3) II. Král. 6, 22.
4) Ž. 83, 11. — 5) I. Kor. 1, 27. — 6) Ž. 15, 8.
7) Mat. 19, 24. — 8) Mat. 16, 26.

nec papa hunc tollere, nisi forte in manibus eius resignare vellem dignitati, quod non aliud esset, quam quod non uterer pontificalibus actibus et insigniis, que[a]) nondum feci,« ne meritum, ut ipsi ayunt, minorarem. »Castra ergo, civitates et temporalia dimisi inutilemque laborem, quo in vacuum[b]) laboravi,[1]) gradum vero dignitatis episcopi[c]) non minorare potui magisque sic me credo mereri, pia alia opera faciendo, quam in laboribus et erumpnis tantis nichil.« Et sic eciam illud ambiguum de perfeccione tollitur. Nam etsi status episcopi perfeccior sit propter auctoritatem regiminis, perfeccior tamen status est, qui se non innumeris seculi mergitat involucris, sed se ad unionem divine contemplacionis committit, de quo scriptum est:[2]) *Maria optimam partem elegit.*

»Numquid non merui, qui viginti annis et plus[d]) episcopus et archiepiscopus rexi? Debeone idcirco meritum perdere?« Sed esto quod non / cesserunt Martinus, Nicolaus, Ambrosius et 280[2a]
ceteri;[e]) »plures tamen alii ecclesias suas resignasse leguntur et forsitan ex causa minori.«[f]) Fecit sic Valerius Ypponensis episcopus, Augustino qui cessit; fecit eciam Valerius episcopus Cesaraugustanus Vincencium quodammodo coepiscopum suum [faciendo], dum sibi totum exercicium presulatus commisit et ipse soli oracioni sive[g]) contemplacioni vacabat. Quid de Celestino summo ayemus pontifice, qui simpliciter resignavit papatui et habuit successorem Bonifacium? Aut non de Jeronimo dicam, qui cardinalatum quodammodo et papatum, quo dignus ab omnibus reputabatur, heremum confugiens refutavit? Petrus quoque Damyani Ravenatensis episcopus hoc eciam egit existens cardinalis. Thomas similiter Cantuariensis postmodum iterum restitutus, ymmo et predecessor quondam meus sanctus martir Adalbertus, de quo Petrus Damyani fere quadraginta enumerando alios sanctos episcopos scribit dicens: Nonne Adalbertus Boemensis episcopus ecclesiam dimisit et monachum induit?

a) Höfl.: quod. — b) Höfl.: vanum. — c) Höfl.: episcopalis.
d) Höfl.: amplius. — e) Rkp.: cetera.
f) Höfl.: multi certe ecclesias suas resignasse leguntur et forsitan ob causas minores. — g) Psáno: sue.

1) Filip. 2, 16. — 2) Luk. 10, 42.

Et »rex noster plurimis annis cupiens hec[a]) fieri pape Urbano et nunc Bonifacio scripsit, papa annuit, ecclesia consensit,« deo placuit — »ut quid et non michi placeat,« quod oculis placuit maiestatis divine, cum me in hoc et aliis sue conformaverim voluntati? Alias in cassum orarem cottidie: *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra.* Ipse namque quid de me statuit novit, in quibus nec unus quidem apex preteribit, donec omnia fiant.[1]) Nichil opto, nichil desidero, nil nisi quod ipse velit volo.
280[2b] Misericordiam solum fieri mecum / hanc afflicto unam pecii a domino et hanc requiram,[2]) ut inhabitem in domo domini in longitudinem dierum.[3])

Ab hiis autem, qui detrectant de singulis et omnia facta aliorum iudicant et discuciunt diligenter, cupio edoceri, si sic vellent regere, prout cernunt me rexisse. Sed nec dubium: nequaquam, inquient, sed aliis optimis remediis providerent. Quibus ex adverso respondeo, nec me sic velle regere, prout ipsi norunt. Ego ut ipsi nolo, ipsi ut ego non possunt, nam eorum regiminis me non fallit sciencia, sed sola accusat quam nolo fieri experiencia. Potuissem denique et ego, si voluissem, perfunctorie regere et hominibus plus quam deo placere, cum iactura aliorum propria bona querere, de inimicis vindictam expetere, pauperes pro augendo peculio spoliare. Hec autem nolui facere — ergo nescivi regere. Hec mansuetudo non patitur, hec non novit humilitas, hec puritas consciencie non admittit. Non poteris ergo ecclesiam regere ut rexi, quia et ego ut tu nolui.

»Habes hanc causam resignacionis[b]) potissimam,« si advertis, ex qua ut plures elicere poteris, cur ecclesie renunciaverim. Obediencia enim cleri et populi carui et ideo nil proficere valui; in corrigendo plus defeci quam profeci, igitur in cassum displicui; ecclesiam destruere nolui, pocius ergo ea carui; scandalum et infamiam declinavi, ideo et carius resignavi; incurrere mortale peccatum timui, eam idcirco ne peccarem dimisi; nullam sum consecutus iusticiam a tempore quo prefui, et ideo in cassum gubernavi; bona ecclesie manu sunt occupata potenti,
281[1a] que extrahere non valeo sine detrimento alieno, / malo pocius

[a]) Höfl.: hoc. — [b]) Höfl.: resignacionis mee.

[1]) Mat. 5, 18. — [2]) Ž. 26, 4. — [3]) Ž. 22, 6.

ecclesia carere quam eam male regere. Quidnam prodest aerem verberare, litus arare, ventum seminare et turbinem metere?[1]) Arida namque nescit ferre fructum humus nec eciam si biblica fuerit dabit fructum suum. In vacuum igitur stivam rexi, aratrum verti, humum proscidi, sulcos[a]) formavi, si fructum michi denegavit terra, si spinas et tribulos germinavit.[2]) En fimum miscui, stercora misi, consumpsi vomerem, sarculum fregi, complanavi ligonem, quia versa est terra in salsuginem a malicia inhabitancium in ea.[3])

Ast qui sic diu rexi, numquid me recolligere iam vergentem ad senium non debui, ut reliquos dies in pace deducerem, consideracioni vacarem, gracias deo redderem de michi a deo collatis in hoc seculo bonis, maxime vero spiritualibus donis, ne ingratus essem de inmensis suis graciis, pro quarum una munia graciarum exsolvere ad condignum non sufficio, quomodo autem de multis potero? Igitur psalmigraphi[b]) expedit versiculum frequenter repetere:[4]) *Benedic anima dominum et noli oblivisci omnes retribuciones eius.* Numquid non ut Helias expedit dicere:[5]) *Sufficit michi domine, tolle animam meam? Neque enim melior sum quam patres mei,* vel iterum cum propheta:[6]) *Convertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Adhereat*[7]) *lingua mea faucibus meis, si non meminero tui domine omnibus diebus vite mee.* Dignare igitur laudare te, orare te, amare te, gracias tibi agere, Jesu care, da michi virtutem contra hostes tuos.[8])

Ecce quam plures vides causas racionabiles et pregnantes, ex quarum eciam qualibet[c]) resignare ecclesiam vir consciencio sus deberet. Hanc igitur »amicissime amicorum sume epi / 281[1b] stolam tibi utique scriptam,« emulos vero tangentem causasque racionabiles mee cessionis invenies, ut liquide cognoscere valeas ex plurimis earum causis ymo et ex singulis »me[d]) potuisse sine reprehensione cedere et cessisse.

[a]) Text: scultos. — [b]) Psáno: plasmigraphi.
[c]) Text: quilibet. — [d]) Höfl.: et disces me...

[1]) Os. 8, 7. — [2]) Gen. 3, 18. — [3]) Ž. 106, 34. — [4]) Ž. 102, 2.
[5]) III. Král. 19, 4. — [6]) Ž. 114, 7. — [7]) Ž. 136, 6.
[8]) Církevní invokace mariánská.

Cupio tibi in domino cum consorte tua et filio salutem mentis et corporis.« Deum rogo, ut faciat pacem et tranquillitatem in terra. »Venissem utique ad preceptum serenissimi domini nostri regis Ungarie ad vos, sicut michi scripsistis, sed in me modicum consistit modo stantibus sic negociis,« prout mutacio dextere excelsi [1]) sic disposuit. Tarde eciam literas recepi, equis eciam et expensis carui. »Prescietis eciam [a]) adventum meum favente domino,[b]) si fuerit fructuosus.«

---

[a]) Höfl.: tamen. — [b]) Höfl. nemá favente domino.

[1]) Ž. 76, 11.

VII.

MGRI STANISLAI DE ZNOYMA TRACTATUS DE UNIVERSALIBUS REALIBUS.

Z rkp. *vid.* dv. knih. 4483 (A), srv. s rkp. *téže* knih. 4296 (B) a rkp. univ. *praž.* VIII E 11 (C).

Quia nonnulli modernorum contra res nature communes 48[a]
et universales adeo sunt inflammati, ut eciam apud sedem apostolicam interpellare conentur, quatenus res huiusmodi preciose, veras diffiniciones et demonstrativas sciencias per se primo obiectantes, auctoritate sedis illius de finibus ecclesie proscripte et a fidelium mentibus prorsus fugate forent: ideo contra huiusmodi sub direccione et correccione sancte sedis apostolice et sacrosancte romane ecclesie cum subscriptis motivis et responsionibus ponitur conclusio talis:

Res communes et nature generales et speciales existunt in creatis et in divinis.

Pro illa conclusione arguitur primo: Christifideles tenentur katholice credere, tenere et usque in mortem defendere, quod omnes et singule creature sunt sub potestate dei, cum secundum fidem katholicam deus dominetur universis et singulis creaturis. Et non tenentur christifideles credere catholice, tenere et defendere usque in mortem nisi [a]) veritatem catholicam, quam christianus usque in mortem propugnare tenetur. Igitur est veritas usque in mortem propugnanda, puta quod omnes et singule creature sunt sub potestate dei. Et talis veritas, que est omnes et singulas creaturas

[a]) *A* vynech.

esse sub potestate dei, non est significabile complexe, quod esset solum equaliter esse et non esse, et non esset quidquam nec aliqua res alicuius infinite vel finite bonitatis, sicut plures conati sunt probare [a]) esse significabile complexe. Quis enim nisi insanus pro re nullius infiniti vel finiti valoris vitam suam in mortem exponeret? Nec talis veritas catholica est in se aliquod signum proposicionale, cum eque perfidus sicut fidelis fabricare vel formare possit in scripto, voce vel mente tale signum proposicionale, sc. omnes et singule creature sunt sub potestate dei. Nec eciam illa veritas catholica est in se aliqua res singularis, cum nulla res singularis sit omnes et singulas creaturas esse sub potestate dei, sicut nulla res singularis est omnes et singule creature sub potestate dei existentes. Nec veritas illa catholica est aliquod aggregatum in se ex quibuscunque rebus singularibus, cum nullum tale aggregatum est omnes et singule creature sub potestate dei existentes.

Relinquitur igitur, quod veritas illa est in se omnium et singularum creaturarum existencia communis sub potestate dei. Cui veritati debet quilibet christianus vel christifidelis firmiter adherere et in mortem se pro illa exponere, cum ipsa sit communis preciosa et constantissima veritas creata, sole clarius lucens per totum mundum in omnibus et singulis creaturis velut ipsarum creata intellectualis lux manifestissima et communissima. Quodsi adversarii huius veritatis aut putant se illam non noscere aut non vere eam in propria forma agnoscunt, non est mirum, cum reputaciores philosophi in hac vita ignoraverunt hanc veritatem, puta deum esse trinum et unum, que tamen est simpliciter inmense claritatis.

Secundo arguitur sic: Non est diligendum
48[b] nisi bonum, / sed diligendum est omnes et singulas creaturas esse, cum deus amorose velit omnes et singulas creaturas esse, igitur bonum est omnes et singulas creaturas esse. Et tale bonum, quod est omnes et singulas creaturas esse, iuxta deductum [b]) superius oportet quod sit commune esse seu communis existencia omnium et singularum creaturarum. Quod quidem esse est primum omnium creaturarum, sicut dicit Auctor de causis proposicione 4.: *Primum* inquit *rerum creatarum est esse et non est ante ipsum creatum aliud.*

[a]) *A* vynech. — [b]) Rkpp.: deduccionem.

Et consimili deduccione arguitur, quod bonum sit omne suppositum humanum esse hominem et bonum sit omnem bestiam esse animal et per consequens quod sit communis humanitas humanorum suppositorum, que sit specifica bonitas ipsorum, et quod sit communis animalitas, que sit generalis eorum bonitas essencialis. Ex quibus consequenter arguitur conclusionem superius positam esse veram.

Tercio sic: Quia si predicta conclusio non est vera, sed falsa et erronea, tunc in contrarium illius erunt tales conclusiones concedende et dogmatizande in ecclesia dei. *Prima:* Non est racionabile neque licitum, quod quilibet laycus christianus debet subesse papali potestati. *Secunda:* Non est dignum neque iustum, quod quelibet creatura est sub potestate divina. *Tercia:* deus non potest intelligere hoc, quod omnes et singule creature sunt sub potestate eius. *Quarta:* Deo non placet, quod quodlibet bonum est bonum.[1])

Tales conclusiones sunt de assercione et doctrina adversancium conclusioni superius posite. Nam secundum eos non est veritas, quod quilibet laycus debet subesse papali potestati, quia nec veritas communis nec singularis, et per consequens non est racionabile neque licitum, quod quilibet christianus laycus debet subesse papali potestati. Similiter secundum eos non est veritas, quod quelibet creatura est sub potestate divina et per consequens non est dignum nec iustum, quod quelibet creatura dei est sub potestate dei. Et secundum eos nequaquam potest esse hoc, quod omnes et singule creature sunt sub potestate dei, quia nulla res communis vel singularis possit esse hoc, quod omnes et singule creature sunt sub potestate dei, et

[1]) Srv. větší traktát *Stanislavův* »De universalibus« mezi Viklefovými spisy vydaný v »Miscellanea philosophica« II., str. 23—26.

per consequens deus non potest intelligere hoc, quod omnes et singule creature sunt eius. Item iuxta eosdem non placet deo, quod quodlibet bonum est bonum, quia nec est placens commune nec est placens singulare quodlibet bonum esse bonum, igitur non est placens deo nec placet deo quodlibet bonum esse bonum, licet deus voluntate complacencie placenter velit quodlibet bonum esse bonum.

Verum quia spes est, quod sancta sedes apostolica cito ammovebit tales conclusiones cum huiusmodi dogmatizacionibus ab ecclesia dei, ne aures beatarum mencium diucius a talibus offendantur: ideo contra tales dogmatizaciones et conclusiones pro conclusione
49[a] superius / posita arguitur quarto auctoritatibus.

Nam Gen. 1. scribitur sic: [1]) *Creavitque deus cete grandia et omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aque secundum species suas et omne volatile secundum genus tuum,* ubi loquendo de produccione substanciali quidditativa illorum animalium videntur nulla pertinencius intelligi per genera et species quam generales et speciales quidditates seu raciones substanciales, in quas et secundum quas ipsa animata essent producta produccione eorum substanciali quidditativa, sicut in materiam et formam substancialem propriam sunt producta produccione substanciali qualitativa, et in partes suas integrales sunt producta produccione substanciali quantitativa.[a]) Si enim est dare composicionem substancialem infimam velut totalitatem grossam, quam sensuales percipiunt, qualis est composicio substancialis[b]) quantitativa ex partibus quantitativis, ut pedibus, manibus etc.; et est dare composicionem substancialem mediocrem, veluti partim grossam et partim subtilem, quam communes philosophi percipiunt, qualis est composicio substancialis qualitativa[c]) ex partibus qualitativis, puta materia et forma propria individui: igitur eciam est dare composicionem substancialem supremam, velud totaliter subtilem et tenuem, quam puriores philosophi perceperunt, et talis compo-

a) Psáno: qualificativa. — b) A: substancie.
c) Rkpp.: qualificativa.

1) Gen. 1, 21.

sicio est quidditativa substancialis ex partibus quidditativis, puta genere et differencia specifica, que differencia est in rebus alia eciam maior distancia essencialis quam significat differencia essencialis materialis.

Alioquin circumscriptis conceptibus et signis humanis Petrus existens cum lapide et Paulo [a]) non amplius differt a lapide essencialiter quam ipse differt essencialiter a Paulo, quod est inconveniens.

Preterea quomodo est dare triplicem huiusmodi composicionem in substanciis, sic triplicem produccionem. Quodsi auctoritas allegata de produccione animatorum quidditativa intelligitur, per genera et species nature generales et speciales seu quidditates intelligende videntur. Sicut enim cum dicunt philosophi: »Genus est, quod predicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid est«, videntur nulla pertinencius intelligi per genus et speciem quam generalis quidditas plurium specierum et specialis quidditas plurium individuorum, loquendo ibi de vera et propria predicacione reali, qua sc. ipse gloriosus deus vere et realiter dicit et predicat aliquid de aliquo apud seipsum non mediantibus signis vocalibus mentalibus vel scriptis sibi realiter condistinctis, que essent ibi subiecta et predicata. Sine[b]) talibus enim signis vere et proprie dicit deus et predicat realiter, quod[c]) omnis homo est animal et quod omnis leo est animal, ubi predicatum non est aliquod tale signum, sed ipsa animalitas, que est quidditas seu / substancialis racio equi, 49[b]
hominis etc.

Sicut enim urina equivoce est sana, quia signum sanitatis, sic vox, scriptura vel conceptus mentis sunt equivoce predicata in proposicionibus, quia signa predicatorum vere et realiter per deum et creaturas racionales.

Nec valet dici: cum deus apud se et coram beatis suis dicit et predicat, quod omnis homo est animal, quod ibi non predicet predicatum aliquod de aliquo vel aliquibus aut quod ibi non predicet communem animalitatem de omni homine, sed solum de singulis hominibus singulas suas animalitates; quia tunc eciam cum deus sic predicat omnes res esse ens, solum de sin-

a) Rkpp.: Paulus. — b) A: Unde. — c) A: ut.

gulis singulas suas entitates predicaret, et per consequens sicut deus contingenter non necessario dicit, quod hec res est hoc ens et hec res est hoc ens et sic de aliis: sic contingenter non necessario diceret, quod omnis res est ens, quod est inconveniens, cum non possit esse, quin omnis res sit ens et per consequens non possit esse, quin dicat omnem rem esse ens.

Sic ad propositum respondendo s. Myoses, conformando se in quid nominis cum illis philosophis, per [a]) genus et speciem videtur intelligere generales et speciales quidditates, in quas et secundum quas animata dixit esse producta, si loquatur ibi de illorum produccione quidditativa. Verum quia in alio sensu accipiuntur illa verba de produccione illorum animatorum in esse suo virtuali et secundum esse substanciale virtuale et non in esse formali, et tunc per genus solet intelligi racio seminalis remota seu generalis, sicut est dare remotum esse potenciale et virtuale: et per species solent intelligi raciones animatorum seminales propinque seu speciales, sicut est dare esse propinquum et virtuale et potenciale animati — sed nullatenus ego intelligo per genus et species tales generales et speciales raciones seminales animatorum: habetur intentum pro conclusione.

Item licet apostolus dicat I Cor. XV: [1]) *Non omnis caro eadem caro,* loquens ibi de ydemptitate, que excludit diversitatem specificam, tamen quia ibidem subdit: *sed alia hominum, alia volucrum, alia pecorum, alia piscium,* ponit ibi specialem carnem hominum, generalem carnem pecorum etc. Quomodo alias esset verum, quod alia sc. per substanciam est caro hominum et alia pecorum etc.? Non enim individua est caro pecorum, maxime specie differencium — igitur etc.

Item apostolus Eph. 4 loquens de principiis unius corporis mistici et eius membrorum, ita ait: [2]) *Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus et pater omnium.* Et cum loquatur ibi de fide, qua credimus, et non est una numeralis talis fides omnium — igitur una communis.

Item [b]) dicit insuper apostolus I. ad Tit. salutans eum
50[a] dicit: [3]) *Tito dilecto filio / secundum communem fidem gracia*

[a]) Rkpp.: et per. — [b]) A: ibidem.

[1]) v. 39. — [2]) Ef. 4, 5 n. — [3]) Tit. 1, 4.

et pax etc., ubi ponit communem fidem, qua credimus, quam Athanasius [a]) in symbolo vocat fidem catholicam h. e. universalem, cum dicit: *Fides autem catholica est hec, ut unum deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremur.* Fide autem formata credimus et veneramur materiam trinitatis et materiam incarnacionis et totam materiam fidei catholice.

Pro illa eciam conclusione est b. Dyonisius de divinis nominibus cap. ult.: *Non est multitudo,* inquit, *non participans in uno. Que enim sunt multa* [b]) *partibus, sunt unum toto, et que sunt multa numero, sunt unum specie, et que sunt multa specie, sunt unum genere, et que sunt multa processibus, sunt unum principio.*

Item b. Johannes Crisostomus in exposicione ep. ad Hebr. omel 4: [1]) *Hoc enim etsi de communi humanitate dictum est, verumtamen proprie aptatur ad Christum secundum carnem.*

Item Augustinus b. in dyalogo ad Felicianum: [2]) *Ecce homo pater habet hominem filium: est quidem commune utrique, quod homo est, uni tamen quod filius, alteri proprium quod pater est. Nam inter utramque personam sic discernitur, ut communis humanitas non negetur.*

Item Gregorius in omel. super illo ewangelii »Predicate omni creature«. Sic enim inquit b. Gregorius: [3]) *Omnis enim creature aliquid habet homo. Habet enim commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis* etc.

Anshelmus de incarnacione verbi cap. 3 ita ait: [4]) *Cumque omnes ut cautissime ad sacre pagine questiones accedant, sint commonendi, illi utique nostri temporis dyaletici ymmo dyabolice heretici, qui nonnisi flatum vocis putant esse universales substancias et qui colorem non aliud queunt intelligere quam corpus nec sapienciam hominis aliud quam animam, prorsus a spiritualium questionum disputacione sunt exsufflandi. In eorum quippe animabus racio, que princeps et iudex*

[a]) Rkpp.: Anasthasius. — [b]) A: multis.

[1]) Opp. vyd. Frankf. 1697 N. T. tom. VI. col. 730.
[2]) *Migne,* P. L. 42 col. 1159. — [3]) *Migne,* P. L. 76 col. 1214.
[4]) *Migne,* P. L. 158 col. 265.

debet esse omnium, que sunt in homine, sic est in ymaginacione corporalibus obvoluta, ut ex eis se non possit evolvere nec ab ipsis ea, que ipsa sola et pura contemplari debet, valeat discernere. Qui enim nondum intelligit, quomodo plures homines in specie sunt unus homo, qualiter in illa secretissima [a]) *et altissima natura comprehendet, quomodo plures persone, quarum singula queque perfectus est deus, sint unus deus* etc.

Item b. Anshelmus in suo Monologion: [1]) *Substanciarum quedam universalis, quedam singularis. Universalis, que in pluribus substanciis essencialiter communis est, ut esse hominem commune est omnibus hominibus.*

Item Robertus Lyncon. in exposicione libri Posteriorum ponens quintuplicia universalia dicit, quod quarto modo
50[b] universalia sunt genera / et species principia cognoscendi et essendi intrinseca rerum. Intellectus autem, inquit, debilis ille, qui non potest ascendere ad cognicionem horum verorum generum et specierum et cognoscit res solum in accidentibus consequentibus veras essencias rerum; et apud intellectum sunt accidencia communia genera et species cognoscendi principia solum et non essendi.

Item Albertus Magnus Ratisponens. in exposicione super Peri hermenias ita dicit: *Universale duplicem habet consideracionem sc. secundum quod in se ipso est natura simplex et secundum quod refertur ad intelligenciam et secundum quod est in isto vel in isto per esse, quod habet in hoc vel in hoc. Primo quidem modo simplex natura est, que dat esse, nomen et racionem et verissime est inter omnia que sunt et nichil habet aliene nature admixtum neque concrecione aliene nature valatum. Per hoc quod est in illo vel in isto multa accidunt ei, quorum primum est, quod est particulatum et individuatum, secundum autem est, quod est multiplicabile vel multiplicatum, tercium quod est incorporatum et habens materie diversas formas sive passiones* etc. Et ibidem dicit raciones pro hac sentencia introductas incontradicibiliter probare universalia esse naturas simplices et dicentes oppositum vocat nominales. [b])

[a]) Rkpp.: sacratissima. — [b]) A: moniales.

[1]) *Migne*, P. L. 158 col. 180.

Item Petrus Hispanus in tractatibus communibus loyce sue describit universale dicens: *Quod aptum natum est esse in pluribus* et exponens textum Aristotelis dicentis: Substancia prima significat hoc aliquid et substancia secunda significat quale quid sit, dicit: *Substancia prima significat hoc aliquid i. e. substanciam communem et secunda substancia quale quid i. e. substanciam singularem.* [a]) Et in hac sentencia secuntur eum famosiores sui expositores in glosis suis.

Item Johannes Scotus II. Sent. circa dist. 3. qu. 1. arguit per multa media et concludit in creaturis aliam esse unitatem realem quam numeralem et hoc esse aliquid commune unum unitate reali minori unitate numerali. Et ibidem: *Dico,* inquit ipse, *quod universale in actu est idem, quod habet aliquam unitatem indifferentem, secundum quam ipsum idem est in potencia propinqua, ut dicatur de quolibet supposito, quia secundum philosophum I. Posteriorum universale est, quod est unum in multis et unum de multis.*

Item Boecius in libro divisionum: *Alia divisio est, qua dividitur terminus in sua significata, alia qua totum integrale dividitur in suas partes integrales, alia qua totum universale dividitur in suas partes subiectivas. Et in hoc differt divisio media a tercia, quod totum integrale non est quelibet pars sui integralis, sed totum universale est quelibet sui pars.*

Item Waltherus Burley in exposicione prohemii Phisicorum ponit genera et species naturas generales et speciales rerum singularium.

Item Aristoteles in principio Peri ermenias: *Rerum quedam sunt universalia, quedam autem singularia. Dico* / *au-* 51[a]
tem universale, quod de pluribus natum est predicari. Et in principio Posteriorum: *Universale est, quod est unum in multis et de multis.*

Item commentator Averois V. Methaf. commento XXXI: *Universale predicatum de partibus facit ea esse unum, ut homo et equus sunt unum in animalitate.*

Item Avicenna V. Methaf. loquens de universali in essendo dicit, quod triplex est universale sc. actuale, potencionale et intellectuale.

[a]) Rkpp. naopak: Substancia prima — singularem, substancia secunda — communem.

Ex hiis et aliis pluribus auctoritatibus et testimoniis sacre scripture, sanctorum sapientum katholicorum, philosophorum et famosarum locucionum, quibus dicitur: »commune est hoc, quod homines credunt, generale est hoc, quod homines moriuntur« etc., ex hiis inquam testimoniis relinquitur conclusionem superius positam fore veram.

Sed neque qualescunque apparentes et pretense forme arguendi sylogistice vel alie infringunt hanc conclusionem, quia omnes tales in materia trinitatis sancte instanciam paciuntur manifestam, ut patet sedule intuenti.

Obicitur tamen contra conclusionem illam cum suis probacionibus, quia ex eis videtur sequi, quod eadem substancia sit deus, homo et asinus, lapis etc.

Hic solet dici, quod quedam est ydemptitas essencialis numeralis, quedam substancialis, quedam generalis et quedam analoga. Sola autem ydemptitas numeralis inter has est accepta, tenta et credita apud omnes sc. sapientes et simplices simul, et ideo cum nichil additur ad hoc, quod est eadem substancia deus, homo, asinus, lapis etc., solus sensus est apud omnes simul, quod eadem substancia numeralis sit deus, homo, asinus etc. Qui sensus cum sit hereticus, bene et sancte prohibitum est a sede apostolica ad talem famosum et solum apprehensum apud omnes sensum[a]) credere, tenere et docere, quod eadem substancia sit deus, homo et asinus etc. Verum quia in equivocis non est contradiccio, stat simul, quod non est tenendum, quod eadem substancia numeralis[b]) est deus, homo et asinus etc., et licitum est tenere, quod eadem substancia analoga est deus, homo et asinus. Si a parte rei est veritas, quod quodlibet suppositum substanciale est substancia, que veritas a parte rei cum sit omne suppositum substanciale esse substanciam, ipsa est veritas et substancia analoga existens quodlibet suppositum substanciale.

Et quid miri, si catholicus vere credat, quod substancia eadem secundum analogiam sit quelibet substancia, cum secundum b. Augustinum, s. Thomam de Aquino et alios sanctos et catholicos doctores et expositores catholice credendum sit, quod

a) A vynech. — b) V A připsáno.

omne quod factum est, in deo erat vita sc. divina et essencia iuxta illud:[1]) *Quod factum est, in ipso vita erat,* ubi illa pura indefinita valet universalem et pro universali ponitur. Nam secundum sapienciam laycorum ubi pure indefinite et sic pure indifferenter pro singulari uno non plus quam pro alio per indiffinitam / proposicionem fit locucio, ibi pro universis fit lo- 51b
cucio. Vnde s. Thomas I. parte Summe sue qu. XVIII. art. 4. ad questionem, qua querebatur »Utrum omnia sunt vita in deo« dicit in hec verba: *Respondeo dicendum, quia sicut dictum est vivere dei est intelligere eius, unde quidquid est in deo ut intellectum, est vivere ipsum seu vita eius. Vnde cum omnia, que sunt facta a deo, sint in ipso ut intellecta, sequitur quod omnia in ipso sunt vita divina.* Et infra idem inquit s. Thomas: *Alio modo dicuntur res esse in deo sicut in cognoscente et sic sunt in deo per proprias raciones, que non sunt aliud in deo a divina esencia, unde res prout sic sunt in deo, sunt essencie divine.* Hec ille.

Videtur ergo iuxta hoc consonum, quod substancia eadem analoga sit deus et quelibet alia substancia creata[a]), ymmo quod entitas eadem analoga sit deus et omne ens, si omnia alia in hoc realiter conveniunt cum deo, quod sint encia. Illud enim, in quo deus et alia conveniunt et in quo sive secundum quod sunt encia, oportet esse entitatem communem analogam deo et aliis rebus. Si enim deus et omnia alia conveniunt entitative, tunc in eadem communi entitate, sicut si aliqua conveniunt localiter, tunc in eodem loco, si temporaliter, tunc eodem tempore etc.

Et licet talis entitas analoga ponatur simpliciter infinita et infinite bonitatis in quocunque sit formaliter, et ponatur secundum analogiam, per prius esse essencia divina et per posterius essencia alia a divina:[b]) sicut tamen deus tres habet gradus differencie,[2]) supremum, medium et infimum — supremum, que est differencia essencialis et realis, quo modo deus essencialiter differt a creaturis; medium, que est differencia realis et non essencialis, quo modo per-

a) A zase: analoga. — b) Rkpp.: alia divina.

1) Jan 1, 3 n. Srv. větší traktát Stanislavův, Misc. phil. II, str. 11 n.
2) Srv. větší traktát, Misc. II, str. 58.

sona divina differt a reliqua; infimum que est differencia racionis vel formalis non realis, quo modo persona divina differt ab essencia divina, cum aliquid predicetur de persona divina, quod non de divina essencia et econtra: sic entitas illa analoga ponitur habere triplicem gradum formalis inexistencie, supremum, medium et infimum — supremum, quo omnino simpliciter et non secundum quid inest et tali modo entitas illa analoga ponitur deo formaliter inesse, dicens ipsum omnino simpliciter infinite ens et nullo modo secundum quid ens; medium gradum, quo talis analoga entitas velut partim simpliciter et partim secundum quid inest et hoc modo entitas illa ponitur inesse substancie create, dicens ipsam velut partim simpliciter
52ª et partim / secundum quid ens, non omnino simpliciter nec omnino secundum quid; infimum, quo entitas illa est formaliter secundum quid solum et non aliquo modo simpliciter et tali modo formalis inexistencie ponitur entitas formaliter inesse accidenti habenti esse in subiecto et ex subiecto, dicens ipsum solum secundum quid esse ens. Vnde sic albedo gracia exempli secundum philosophos solum secundum quid est ens seu entitas; si enim esset simpliciter entitas, tunc esset simplex entitas substancie, cui formaliter inesset, ut gracia exempli lapis, et per consequens homo a sua albedine sibi accidente et adveniente esset simpliciter et vere ens, quod falsum est, cum ab illa albedine non sit hoc ens sc. ipso lapide demonstrato, non enim minus homo esset hoc ens, si albedo sibi deesset, nec illa albedine ipse homo esset aliud ens quam ille homo, ut notum est.

Deus ergo volens non solus esse ens, sed quod eciam substancia creata post ipsum sit ens et quod post substanciam creatam ulterius eius accidens sit ens, volensque non solum secundum dici, secundum racionem vel secundum conceptum esse ens sed cum omnibus entibus in eo quod sunt encia convenire realiter et consequenter entitative et sic secundum entitatem: tunc videtur velle, quod decentissimo et completissimo ordine entitas eadem analoga secundum tres gradus formalis inexistencie, supreme et omnino simpliciter sibi, medie et partim simpliciter et partim secundum quid create substancie, infime et totaliter secundum quid accidenti formaliter inexistat, dicens deum simpliciter et omnino esse ens, substanciam creatam partim secundum quid et partim simpliciter ens, accidens autem tantum secundum quid ens. Et ulterius videtur iuxta illa, quod deus sit idem ens analogum quod est homo et econtra, sed deus non est homo.

Quod autem eadem communis substancia quodlibet individuum substancie sit per omnia, sicut eadem essencia divina est tres persone divine, est inpossibile. Nam tres persone divine non sunt plures dii, plures essencie vel substancie divine, sed unicus deus, unica substancia et essencia divina. Individua autem substancie, sicut Petrus et Paulus, Johannes etc., sunt plures substancie, habent plures et diversas essencias et naturas, non sunt unica substancia, unicum animal, unicus homo, sed plures substancie, plura animalia, plures homines.

Et hec sub direccione et correccione sancte sedis apostolice et romane ecclesie ad presens sufficiant.

VIII.

[MGRI STANISLAI DE ZNOYMA] EPISTOLA AD MGRM JOH. HÜBNER.

Z rkp. univ. *praž.* IX B 1.

Venerabilis magister, dixistis in proximo, quod Vicleph est hereticus. Racio? Quia in libris suis scripserit heresim. Hec non videtur causa sufficiens, cum per idem b. Augustinus et quotquot alii forent heretici, in dictis suis scolastice ponentes hereses, ut Mgr Sentenciarum, s. Thomas et [alii] in pluribus locis. Cur igitur non tam exacerbamini in hos, ut in istum? Timeo, ne sit ibi aliud quam caritas.

Item dixistis, quia Vicleph appellet sanctam matrem ecclesiam synagogam sathane. Hoc non est verum, salva reverencia. Et fortassis si ita sit scriptum in libro vestro, est ex errore, aut non bene legistis vel perlecta non bene memorie commendatis. Nam non sequitur: »Curia romana est synagoga sathane,« ergo »sancta mater ecclesia est synagoga sathane. Et si diceret ‚ecclesia', non addendo ‚sancta', concors [a]) foret David dicenti: [1]) *Odivi ecclesiam malignancium.*

Et quid, mi domine magister, si foret hereticus, dato et non concesso, non foret fortassis mirum, cum supposita ydyomatis vestri ut frequenter sunt heretica ex communi fama: Teotunicus hereticus, Boemus fur naturaliter. Et cum ipse Vicleph sit Anglicus, qui ex ydyomate saxonico ex cronicis ortum traxerunt, concludatis.

De hiis vero, qui libros suos habent, legunt, publicant, disputant [et defendunt], [b]) si vera

a) Psáno: conchors. — b) In marg.

[1]) Ž. 25, 5.

sunt, a spiritu sancto sunt, si falsa et scolastice fiunt, ymmo cum protestacione, quomodo potestis hos dicere hereticos, nisi false?

Item dixistis, quod prelati sc. capitulum pragense pro vobis quid declaraverit seu pro parte articulorum vestrorum, quos false et sinistro oculo tamquam privata persona, non in karitate sed nescio quo ductus spiritu, obtuleratis, quorum nullum credo ipsum Vicleph aut sequentes suos assertive [a]) tenuisse aut tenere: quomodo queso ceci iudicabunt de coloribus, ut hii de doctrina sacra, quos dixistis? Nec est verum, quod conclusissent aliquid, sed bene retrocedunt, dicentes se fore male informatos. Et esto, quod [b]) aliquid concluderent, quomodo [c]) ipsis fides adhiberi deberet, cum sint omnes et fere singuli simoniaci et in propria causa nemo iudex.

Item dicitis: Qui dicit contra canones, hereticus est. Falsum universaliter, ymo dicendo contra canones, sanctus [d]) est in casu. Dicunt namque canones, quod si iudici constet habenti potestatem, Sortem esse iustum et convincitur a Platone falsis testibus esse reus, secundum canones debet abiudicari tamquam reus, et hoc hodie tenetur et practicatur contra conscienciam et Christi doctrinam atque apostoli et doctorum sacre pagine. Multique sunt casus alii, qui sacre adversantur Christi doctrine.

Item dicitis, quod summo pontifici est simpliciter obediendum et in nullo debemus eum reprehendere. Dicitis contra canones, ergo estis hereticus, si assertive et pertinaciter hoc tenetis. Consequencia est vestra et assumptum patet per plures canones, in quibus continetur, quod plures pontifices summi sunt reprehensi usque ad deposicionem ipsorum, quia heretici. Et cum hic sit talis (potest ex operibus suis convinci), [e]) quia symoniacus publicus et manifestus, quod negare non poteritis, [f]) et cum, licet vos negastis, symonia sit prima et pessima heresis, cur instatis in oppositum?

a) Psáno: asertire. — b) Truhl.: estoque. — c) Truhl.: quanta. d) Truhl.: factus. — e) Truhl.: ut ex operibus suis convincitur. f) Truhl.: potestis.

»Tres[1]) namque sunt maneries heresis [a]) secundum doctores plus famose sc. symonia, blasphemia et apostasia,[b]) que licet non distingwantur realiter ex opposito, racione tamen distingwuntur, cum apostasia sit generaliter secundum racionem, qua homo a religione dei exorbitat, blasphemia secundum racionem, qua homo virtuti dei imponit calumpniam, sed symonia secundum racionem, qua homo nititur ordinacionem dei dirumpere. Et sic per istam triplicitatem tota trinitas est offensa: per apostasiam deus pater, qui secundum religionem mundam et immaculatam potenter ligat sponsam sibi; per blasphemiam deus filius, cum sit virtus et sapiencia dei; et deus spiritus sanctus, qui cum ex summa benignitate sapienter ordinat et pacifice domum suam, ex pravitate symoniaca ordinacioni contraria sue [c]) [irritatur]. Nititur symoniacus spiritum sanctum benignum blaspheme dissolvere, isti ordinacioni resistens, et sic pacem. Vnde cum secundum veritatis testimonium peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile tam in hoc seculo quam in futuro, quod est symonia, que est lepra contracta,[d]) ex natura morbi et induracione eius continua impotens est, nisi per insolitum miraculum oporteret quod sanetur.« »Vnde[2]) Parisiensis tractatu de avaricia narrando, que faciunt ad detestacionem huius peccati, dicit in eius horrorem, quod est spiritualis Sodoma. [e]) Sicut enim in corporali Sodoma contra naturam semen perditur, ex quo individuum humani generis formetur: sic in ista symonia semen verbi dei deicitur, per quod Christo Jesu spiritualis generacio crearetur. Et sicut ista Sodoma tempore legis nature contra ipsam naturam erat unum de peccatis gravissimis: sic symonia est tempore [legis] gracie contra ipsam graciam gravissimum peccatum. Et cum gravius peccant membra dyaboli tempore legis gracie quam tempore legis nature peccaverant, signanter dicit Christus symoniacis Mat. X,[3]) quod

a) Truhl.: maxime hereses. — b) Až potud uveřejnil Truhlář.
c) Psáno: sua, in marg.: sui.
d) Ve vyd. Vikl. opraveno v »quam«. — e) Tak, místo sodomia.

1) Co jest v uvozovacích znaménkách, jest z *Viklefa,* De simonia, vyd. Herzberg-Fränkel a Dziewicki, Lond. 1898, str. 1.
2) *Viklef,* De simonia, vyd. uv. str. 8 n. — 3) v. 15.

tollerabilius erit terre Sodomorum in die iudicii, quam populo eicienti dignos prepositos. Et in signum detestacionis huius peccati Christus legitur bis intrasse templum ut dominus« (Joh. 2 et Mat. 21), quia secundum Gregorium in omeliis super ew. omel. 17 subditorum culpas percutit per pastores, sed pastorum vicia per semetipsum ferit.[1])

Quod eciam symonia sit prima et precipua heresis, sacri edocent canones, quibus vos contraire pro heresi reputatis. Vnde questione prima ult. ex decreto Pascasii sic habetur:[2]) *Patet symoniacos veluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos et si commoniti non resipuerint, ab exteris potestatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparacionem symoniace heresis quasi pro nichilo reputantur.* Ab exteris — dicit glosa: i. e. a laycis, qui habent potestatem hanc extra cleri ecclesiam, ut dist. 17. Nec licuit[3]) et 23. q. 5. Principes.[4]) Ex quo patet, quod symoniaca heresis non est par predictis aliis, ymo maior, quia peccatum in spiritum sanctum, et pessima, quia Sodoma spiritualis, et contagiosa, quia lepra spiritualis.

Vellem igitur, bone domine magister, quod dimissis ambagibus et glosis extraneis in caritate vera cum Christo Jesu paupertatem ewangelisaretis, quod idem dominus noster docuit verbo et exemplo et discipuli sui, ut Petrus et Johannes:[5]) *Argentum et aurum non est michi,* Paulus:[6]) *Habentes victum et quibus tegamur, hiis contenti simus.* Augustinus testamentum nullum fecit, quia pauper Christi vix facere potuit, Martinus pauper et modicus celum dives ingreditur,[7]) Nicolaus tres massas auri proiecit etc. Beatus quoque Jeronimus:[8]) *Clericus,* inquit, *qui Christi servit ecclesie, interpretetur primo vocabulum suum et nominis diffinicione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros grece sors latine appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt domini vel quia dominus sors i. e. pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars domini est vel dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut et ipse possideat dominum et possideatur a domino. Qui dominum possidet*

1) *Migne,* O. L. 76 col. 1145. — 2) c. 27. I, 1. — 3) c. 4. — 4) c. 20.
5) Sk. ap. 3, 6. — 6) I. Tim. 6, 8. — 7) 5. ant. v Laudech sv. Mart.
8) c. 5. XII, 1.

et cum propheta dicit »Pars mea dominus«, nichil extra dominum habere potest. Quodsi quippiam aliud habuerit preter dominum, pars eius non erit dominus, v. gr. si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum istis partibus dominus pars eius fieri dedignatur.

Pacem igitur et caritatem diligentes rogemus dominum cum ecclesia, ut nos dignetur custodire a symoniaca heresi et pravitate. Amen. Anno domini MCCCC4.

IX.

MGRI JOANNIS HUS EPISTOLA RESPONSIVA.[a]).

Z rkp. *víd.* knih. dv. 4902.

Salus a domino Jesu Christo, preter quem aliud fundamentum nemo potest ponere,[1]) quia ipse est alpha et o, principium et finis[2]) nostre redempcionis et beatitudinis, ipse est petra de se dicens:[3]) *Super hanc petram edificabo ecclesiam meam,* que est predestinatorum numerus, et ideo *porte inferi,* que sunt temptaciones carnis, mundi et dyaboli, *non prevalebunt adversus eam* finaliter. Fundata est enim supra firmam petram, ipsum Christum, fide, spe et caritate. Ille autem super Christo edificat,[4]) qui venit ad Christum et audit sermones eius et facit eos. Testatur hoc ipse Christus dicens »Luc.[b]) 6:[5]) *Quid vocatis me domine domine et non facitis quod dico? Omnis, qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos, ostendam vobis, cui similis est. Similis est,* inquit, *homini edificanti domum, qui fodit in altum et posuit fundamentum supra petram«* — ecce edificacio in petra, »fossio[c]) profunda« fidei, spei et caritatis, in Christo, ut per fidem veniat, in spe audiat et in caritate faciat sermonem domini nostri Jesu Christi. Sic enim fundat in illa petra domum spiritualem, ponendo »fidem ut pavimentum et erigendo spem super 4 muros, ut spes, qua sperat se esse predestinatum, stet ab oriente, et spes, qua sperat se 123[b]

[a]) V rkp. nadepsáno: Epistola describens edificium ecclesie apostolice — [b]) Podobně Hus v Postile, Erb. II, 418.
[c]) Totéž v Postile, Erb. II, 419 n. Jinak v »Diliges« (Opp. II.).

---

[1]) I. Kor. 3, 11. — [2]) Apok. 1, 8. — [3]) Mat. 16, 18.
[4]) I. Kor. 3, 12. — [5]) V. 46—48.

salvandum, [a]) stet ab occidente«, [b]) et spes, qua sperat se esse in gracia, stet ad meridiem, »et spes, qua sperat se evadere dampnacionem in finali iudicio, stet a parte boreali. Primus ergo murus spes predestinacionis contra prescienciam, secundus murus spes prope mortem erecta ad novissimam cibacionem,« tercius murus [spes] de gracia gratum faciente, »quartus murus est spes finalis ad patriam acceptacionis«.

Erigit autem tectum super hiis 4 muris, qui propter Christum et in Christo ex intima caritate singula observat mandata domini Jesu Christi. »Tectum ergo est caritas, que operit« multitudinem peccatorum. [1]) Ecce Christus fundamentum fidei, spei et caritatis et sic omnis boni!

In quo fundamento a u r u m edificat, qui mundo corde doctrinam deitatis ac celestium ad edificacionem ecclesie disseminat; a r g e n t u m edificat, qui mundo corde doctrinam humanitatis Christi et creaturarum, per quam ascenditur in
124[a] dei amorem et noticiam, seminat; l a p i d e s / p r e c i o s o s superedificat, qui mundo corde edocet veritates et virtutes animam exornantes; et quicunque in illo finaliter permanserit, mercedem accipiet adstatim post mortem, quia plene hic ad Christum conversus ignem evadet purgatorii. L i g n u m edificat, qui maiora peccata venialia existens in gracia committit; f e n u m, qui media venialia; s t i p u l a m, qui minima. Vel per lignum amor temporalium, per fenum amor carnis, per stipulam amor vane glorie intelliguntur, semper intelligendo venialia esse illa, ut lignum ardeat diutissime, quia maxime de terrestribus comparatur, fenum carnis medio modo, sed stipula fame mundi transibilis citissime. Ecce cuiuslibet sic edificantis opus ardebit i. e. ipse pro opere, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem purgatorii.

Ad illud, ubi salvator dicit: [2]) *Sit sermo vester est est, non non* scito, quod secundum Philosophum et Augustinum verum

[a]) Dle Postily: naděje věčného nasycenie, jež sluje poslední večeře; tedy asi saciandum, s čímž by se shodovalo v dalším: »ad novissimam cibacionem«.

[b]) V Postile Hus místo třetí naděje klade čtvrtou a jako čtvrtou má »naději požívání věčné v Kristu radosti«.

[1]) I. Pet. 4, 8. — [2]) Mat. 5, 37.

est esse quod est et non esse quod non est. »Cum[a]) autem dicit salvator: *Sit sermo vester est est,* vult quod veritas affirmativa affirmetur« s i n e i u r a m e n t o, ut si queritur a me: Est deus trinus? debeo respondere: est; similiter: Est verum, quod tu peccasti? debeo respondere: est. Et cum dicit: *Sit sermo vester non non,* vult »quod veritas negativa negative confirmetur«, ut si queritur a me: Non est deus malus? debeo dicere: non est; similiter si dicitur: Non es tu reus facti? si scio, quod ita est, quod non sum reus facti, debeo dicere: non sum.

Plana ergo intencio Christi est, quod veritas affirmetur s i n e i u r a m e n t o et falsitas negetur sine iuramento, quia quod amplius est, a malo est. »Augustinus[b]) dicit: *Loquebatur dominus de iuracione, ubi nos voluit intelligere, ipsam iuracionem a malo esse. Si ab alio provocatus fueris, ab ipsius malo est, quod iuras, non a tuo, et hoc est proprie a malo communi generis humani, quoniam corda nostra videre non possumus; nam si corda nostra videremus, cui monstraremus, quando exigeretur a nobis iuracio, quando videretur oculis proximi ipsa cogitacio?*« Hec Augustinus.

Ecce ostendit, quod iuracio est a malo, quod est ignorancia. Quando ergo illicite quis iurat, tunc est a malo i. e. a malicia iurantis et a malo ignorancie illius, cui iuratur. / Quando 124[b]
vero bene quis iurat ad confirmandam veritatem, ut Christus et suus apostolus, tunc iuracio non est a malo iurantis, sed a malo ignorancie, quibus iuratur. In Christo ergo non fuit ‚est' et ‚non' i. e. affirmacio et negacio de eodem, quia tunc in ore eius inventum fuisset mendacium, quod non est verum, dicente Petro quod peccatum non fecit nec in ore eius inventum est mendacium. [1]) Qui ergo cognoscens veritatem dicit ‚non', negat veritatem; qui vero cognoscens, quia falsum dicitur, dicit ‚est', affirmat falsitatem. Sed non sic Christus. Quamvis ergo Christus dixit hoc verbum substantivum ‚est' et hoc adverbium ‚non', tamen in ore eius non fuit, ‚est' et ‚non' i. e. affirmacio et negacio de eodem.

De illo Luc. 19: [2]) *Inimicos* etc. *adducite et interficite*

[a]) Podobně ve Výkladu desatera, Erb. I, 98.

[b]) Jest také ve Výkladu desatera, Erb. I, 96 n., ale více.

[1]) I. Pet. 2, 22. — [2]) v. 27.

ante me videtur michi, quod illi inimici hominis Christi, qui nunc abiit in regionem longinquam,[1]) sunt omnes presciti, qui finaliter recusabunt regnacionem Christi super se. Illi debent adduci in die iudicii et interfici gladio verbi dei sc. *Ite maledicti in ignem eternum,*[2]) in quo mors dampnacionis vos depascet.

De citacione nescio consulere, nisi ut dominus vester cum aliorum auxilio petat dominum episcopum, ut absolvat vos vel quod sub treugis compareatis, quia alias excommunicabit et persequetur et nullibi poteritis stare in dyocesi. [a])

---

[a]) Nečitelná slova na konci snad znamenají: »Regracior de munere vestro.«

[1]) Luk. 19, 12. — [2]) Mat. 25, 41.

X.

MGRI JOANNIS HUS QUAESTIONES DUAE.

1.

Z rkp. univ. *praž.* X E 24.

Utrum supremus rector universi secundum optimas leges possibiles regulat universum. 338[a]

Ista questio duo presupponit: primo quod supremus rector universi est, secundo quod optime leges sunt, et tunc querit tercio, utrum secundum illas supremus rector regulat universum.

Suppono pro intellectu tituli, quod supremus rector est rector, quo non potest esse superior, et quod lex optima est lex, qua non potest esse melior, et quod universum in proposito est multitudo encium ad extra productorum. Patet ista supposicio ex accepcione communissima terminorum.

Suppono secundo, quod supremus rector est potentissimus, sapientissimus et optimus. Patet ista supposicio, quia si supremo rectore posset esse potencior, sapiencior vel melior, tunc eo ipso posset eo esse superior, quod est contra primam supposicionem.

Ex ista supposicione patet (corr. 1) 1. quod in supremo rectore est summa potencia, summa sapiencia et summa bonitas et per consequens preclarissima et prestantissima trinitas, potentissime, sapientissime et optime vivens, vita una et optima sine principio atque fine; (corr. 2) 2. patet, quod supremus rector racione summe potencie non potest vinci et in proteccione deficere, et racione summe sapiencie non potest errare nec falli, et racione summe bonitatis non potest peccare et male facere.

(Corr. 3.) Ad quod ulterius sequitur, quod potentissime sine defectu et sapientissime sine errore et optime sine ulla [a]) malicia regulat universum.

Suppono tercio, quod supremus rector habet sub suo regimine creaturas duplices sc. racionales et irracionales, quibus leges condidit, ut secundum illas obediant sicut decet. Nam celo dedit legem, ut moveretur circulariter, lapidi ut naturaliter tenderet deorsum, igni ut tenderet sursum, et creature racionali ut naturaliter affectaret bonum, et sic de aliis. Patet ista supposicio ex sentencia omnium sapientum. Ex ista supposicione patet, quod quelibet creatura ad supremi rectoris obedienciam est astricta.

Ex omnibus iam dictis sequitur, quod questio ad primum suppositum sit vera.

Quantum ad secundum suppositum noto primo, quod lex in communissimo suo esse est veritas directiva creature ad se habendum erga suum principium sicut debet. Et hec dividitur, quia alia est creata, alia nature, alia contra naturam, alia divina, alia humana. Divina, que regulat hominem in moribus; humana, que ordinat hominem quoad bona naturalia fame vel fortune, quo modo regulantur hec etc.

Secundo noto, quod supremus rector dedit legem creature racionali, ut ei debite serviat, que cum sit diversificata secundum sua supposita in capacitate et obediencia, dedit eam 1. ad revocacionem errancium, 2. ad declaracionem viciorum, 3. ad erudicionem rudium, 4. ad domacionem superborum, 5. ad punicionem transgressorum, 6. ad premiacionem bonorum. Lege ergo supremi rectoris revocantur errantes, patefiunt peccantes, rudes erudiuntur, superbi domantur, puniuntur transgressores et boni salubriter premiantur.

Ex isto notabili sequitur, quod inpossibile est creaturam esse et nullam dei legem penitus observare.

Conclusio 1. Optime leges sunt. Probatur: Deum velle bonum est lex optima et deum nolle malum moris
338[b] est lex alia / optima — ergo optime leges sunt. Consequencia nota est de se; sed assumptum arguitur sic: Deum velle bonum

[a]) Rkp.: sua.

est veritas directiva creature ad se habendum erga suum principium sicut debet — ergo deum velle bonum est lex. Consequencia tenet ex primo notabili huius secundi supposition. Sed cum non possit esse melior lex quam deum velle bonum, sequitur quod deum velle bonum est lex optima. Et par est argumentum de hoc, quod est deum nolle malum moris.

Confirmatur: Sapiencia dei est lex et non potest ea esse melior, cum ipsa vincit maliciam, attingens a fine usque ad finem fortiter et disponens omnia suaviter [1]) — ergo conclusio vera. Secunda pars patet omnibus philosophis, sed prima pars probatur: Sapiencia dei est veritas directiva creature ad se habendum erga suum principium sicut debet, ergo est lex. Consequencia tenet ex notabili primo huius secundi supposition et antecedens probatur ex secunda parte argumenti, que dicit quod sapiencia dei disponit omnia suaviter.

Ex ista conclusione sequitur correlarie, 1. quod increate leges optime sunt, 2. quod suppositum questionis secundum est verum.

Conclusio 2. Optime leges creature racionali inscripte sunt. Probatur: Creaturam racionalem debere amare supremum rectorem super omnia et creaturam racionalem debere declinare malum moris sunt leges optime ad vitam felicem finaliter obtinendam inscripte — ergo conclusio vera. Assumptum arguitur: Creaturam racionalem debere amare supremum rectorem super omnia est veritas directiva creature racionalis ad se habendum erga suum principium sicut debet, ergo est lex. Consequencia tenet ex notabili primo. Sed cum non possit esse lex melior creature racionali tradita, quam creaturam racionalem debere amare supremum rectorem super omnia, similiter quam creaturam racionalem debere declinare malum moris: sequitur quod hee due leges sunt optime et per consequens conclusio vera. Et hec conclusio confirmat secundi supposition veritatem.

Ad quesitum in se primo noto, quod regulare vel regere est creaturam in finem debitum ordinare, et sic universum regere est ipsum secundum se totum et secundum quamlibet sui partem in finem debitum ordinare. Vnde regere ethi-

[1]) Sap. 8, 1.

mologice dicitur quasi recte agere, recte autem agere ad extra est creaturam in finem debitum ordinare.

Ex quo notabili patet, quod quicunque aliquam creaturam non in finem debitum ordinat, ille eam non regit. Et iterum: Quicunque non omnes actus suos in finem debitum ordinat, ille non se debite regit. Et hinc dicitur: Rex eris, si recte feceris, et iterum: Si bene regna regis, dignus es nomine regis.

Secundo noto, quod primo auctoritative legem condere solum deo competit, quia solum ipse habet primum auctoritativum dominium super singulas creaturas et solum ipse non potest errare et propter utilitatem propriam a bono communi discedere et solum ipse scit secundum qualitatem proporcionis
339a subditis onera inponere, / quia solum ipse est potentissimus quoad primum et solum ipse est sapientissimus quoad secundum et solum ipse est benignissimus quoad tercium.

(Corr. 1.) Ex quo notabili 1. patet, quod propter primum est a creatura racionali super omnia timendus et propter secundum super omnia venerandus et propter tercium super omnia diligendus.

(Corr. 2.) 2. patet, quod nullam legem licet homini docere, perficere et inplere, nisi legem supremi rectoris universi, eo quod nullam aliam licet servare, inplere et perficere. Si enim aliquid servus dei facit, quod non precipit vel non consulit deus, quomodo ab ipso deo informante et dirigente plenissime aliquid mereretur?

(Corr. 3.) 3. patet, quod lex dei est levissima, brevissima, completissima et utilissima. Levissima quia a quolibet, ubilibet et quandolibet inpleri potest; brevissima, quia in uno verbo inpletur; completissima, quia nullo indiget supplemento; utilissima, quia nulla lex affert utilitatem homini, nisi in reduccione ad prestantissimam istam legem.

(Corr. 4.) Ex quibus ulterius sequitur, quod quilibet homo vehementer isti legi debet intendere, ipsam pre ceteris legibus audire, studere, docere ac inplere opere, si vult beatitudinem eternaliter possidere.

Conclusio responsalis: Supremus rector universi secundum leges optimas possibiles regulat universum. Probatur: Supremus rector universi est, ut dicit correlarium primi

suppositi ultimum, et optime leges sunt, ut dicunt conclusiones secundi suppositi, et supremus rector non ociatur nec leges illas frustra posuit, ut dicit Philosophus I. Celi, quod deus nil facit frustra — ergo supremus rector per leges optimas possibiles regulat universum. Consequencia tenet, quia ex opposito consequentis contradictorie cum primis verbis potest inferri oppositum minoris, et totum antecedens est verum, ergo et conclusio.

Ad istam conclusionem sequitur problema, quod in omnibus etatibus et apud omnes naciones homines fuerunt et sunt ad sacrificandum inclinati. Patet, quia deo debent sacrificare ex eo, quod ipse potentissime sine defectu et sapientissime sine errore et optime sine malicie convolucione secundum leges optimas possibiles regulat universum.

2.

Z rkp. univ. *praž.* X E 24 col. s *vid.* dv. 4518 a *olom.* kapit. 233.

Utrum Moyses legislator fuit sacerdos.

Videtur, quod non. Nam non est / consecutus sacerdocium 143a
per revelacionem ut Aaron nec per sue tribus successionem, cum non fuerit de tribu Levi, nec per specialem dei eleccionem nec eciam hostias carnales pro populo obtulit — igitur videtur, quod sacerdos non fuit.

In oppositum videtur psalmista dicere, cum dicit:[1] *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius* i. e. in numero sacerdotum *et Samuel inter eos, qui invocant nomen eius* — ergo videtur, quod Moyses fuerit sacerdos, quia alias non poneretur in numero sacerdotum. Et videtur patere per b. Augustinum super Ps. 98 super isto versu ‚Moyses et Aaron in sacerdotibus eius', ubi dicit:[2] *Isti antiqui Moyses et Aaron et Samuel servi dei magni apud antiquos. Nostis, quia Moyses eduxit in virtute dei populum Israhel de Egipto per Rubrum mare et duxit in heremo et quanta mirabilia illo tempore fecit deus per manus Moysi, noverunt omnes, qui istam scripturam libenter audiunt in ecclesia vel apud se legunt vel quocunque modo didicerunt. Aaron frater ipsius fuit, quem ordinavit eciam sacerdotem. Aperte*

[1]) Ž. 98, 6. — [2]) *Migne,* P. L. 37, col. 1265.

enim in illis literis Aaron nominatur sacerdos. De Moyse non ibi dicitur, quia non erat sacerdos. Sed si hoc non erat, quid erat? Numquid maior sacerdote esse poterat? Exprimit Psalmus iste, quia et ipse sacerdos erat: Moyses et Aaron in sacerdotibus eius — ergo illi erant domini sacerdotes. Hec Augustinus. Ubi plane infert ex verbis psalmiste, quod Moyses et Aaron erant domini sacerdotes. Istam questionem glosa solvit, cum dicit: Moyses sacerdos non fuit consecucione [a]) et institucione, sed [b]) officio dignissimo. Nam etsi carnales hostias non obtulit pro populo peccante, spirituales tamen sc. devotissimas oraciones frequenter obtulit pro populo delinquente.

Ubi notandum, quod aliquis est sacerdos institucione vel consecucione ad hoc positus, ut offerat hostiam vel sacrificium pro populo iuxta illud apostoli Heb. 5: [1]) *Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in hiis, que sunt ad deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis*; secundo dicitur aliquis sacerdos non consecucione [c]) nec institucione, sed sui devota oblacione et humili devocione iuxta illud verbum Petri apostoli, quo alloquitur christianos singulos electos dicens I. Pet. 2: [2]) *Superedificamini in domos spirituales, sacerdocium sanctum, offerre spirituales hostias acceptabiles deo per Jesum Christum,* et infra: [3]) *Vos estis genus electum, regale sacerdocium, gens sancta, populus acquisicionis.*

Ista distinccione stante patet, quod aliquis est sacerdos institucione, ut Aaron, aliquis consecucione, ut sacerdos de tribu Levi, aliquis sui devota oblacione et devocione, ut Moyses, aliquis divina institucione et consecucione et devota sui oblacione pro peccatis populi, ut Jesus pontifex noster, de quo Hebr. 5 dicit apostolus: [4]) *Christus non semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit: Tu es sa-*
143[b] *cerdos in eternum | secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis sue preces supplicacionesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reverencia.* Aliquis est sacerdos

a) Tak rkpp.; asi: consecracione. — b) A: sed quod.
c) A: constitucione.

1) v. 1. — 2) v. 5. — 3) v. 9. — 4) v. 5 nn.

institucione, sed non devota sui oblacione, ut Judas Scarioth, quem dominus elegit ad sacerdocii officium, quia ad episcopatum, quamvis non ad vitam eternam, unde Joh. 6 dixit summus pontifex: [1]) *Ego igitur vos elegi* sc. ad sacerdocium *et unus ex vobis dyabolus est.* Fuit ergo Judas sacerdos et episcopus institucione, sed non devota sui oblacione et propterea de eo dicit psalmista: [2]) *Episcopatum eius accipiat alter* et adducit Petrus Act. 1. [3])

Omnes autem sacerdotes institucione et devota sui oblacione, quales fuerunt apostoli, custodit Christus, ne perdantur, unde Joh. 17 rogans pro illis patrem dicit: [4]) *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti michi, ut sint unum, sicut et nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi, custodivi et nemo ex eis periit, nisi filius perdicionis, ut scriptura impleatur* sc. illa: Episcopatum eius accipiat alter. Vnde liquide patet, quod omnis sacerdos, qui est sacerdos humana institucione et non est sacerdos humili et pia sui oblacione, omnis talis, nisi se devote finaliter domino obtulerit, cum filio perdicionis in eternum peribit et vivens in crimine tunc conversatur inter sacerdotes domini, sicut Scarioth inter discipulos Christi eciam cum Christo pontifice versabatur.

Ex iam dictis patet et eciam ex hoc nomine sacerdos, quod componitur ex greco et latino, quod est sacrum dans (dist. 21. Clericos)[5]), quod omnis bonus christianus est sacerdos, quia est dans se sacrum deo et est dans devotam oracionem, humilitatem et sic de aliis rebus sacris datis in veris christianis domino deo suo. Et isto modo intelligendi sunt Origenes et Crisostomus, Augustinus et ceteri doctores, qui sentenciant, quod omnis bonus christianus est sacerdos, sed non omnis sacerdos est bonus christianus. Bonus enim christianus dat se sacrum deo, malus autem sacerdos, quamvis det sacra, quia hostias sacras, non tamen dat se sacrum, sed execratum hominem dat se dyabolo, qui habitat in corde suo, qualiter dedit se Judas Scarioth, de quo dicitur Luc. 22. cap.: [6]) *Intravit autem*

1) v. 71. — 2) Ž. 108, 8. — 3) v. 20. — 4) v. 11 n.
5) c. 1. — 6) v. 3 n.

sathanas in Judam, qui cognominabatur Iscariothes, unum de duodecim, et abiit.

Expavescant hoc sacerdotes mali, quia dyabolo dediti non sunt veri sacerdotes, sicut nec veri christiani. Vnde Jeronimus ad Eliodorum dicit: *Non omnes episcopi sunt episcopi. Attendis Petrum, Judam considera, Stephanum suscipis, Nicolaum respice. Non facit ecclesiastica dignitas christianum. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono sancti spiritus mundatur, presbiteros Daniel puer iudicat. Non est facile stare loco Petri, tenere gradum Petri iam cum Christo regnancium. Infatuatum sal ad nichilum prodest, nisi ut proiciatur foras et a porcis conculcetur,* glosa: infatuatum sal dicitur prelatus, qui condire debet et saporem non confert (et habetur II. q. 7 Non omnes).[1]) Et Augustinus omel. 6 dicit:[2]) *Non omnis, qui dicit ‚Pax vobiscum', quasi columba est audiendus. Corvi quidem de morticino pascuntur, hoc columba non habet, que de frugibus terre vivit.*

Et patet, quod non omnes episcopi vel sacerdotes sunt boni christiani, quamvis sunt in gradu huiusmodi ab hominibus
144[a] ordinati. Cognoscuntur / autem huiusmodi, cum ab inplecione deficiunt sui officii. Vnde dicit Crisostomus omel. 53:[3]) *Deus secundum prescienciam suam licet sciat, qui iusti futuri sint et qui iniusti, tamen omnes vocat ad fidem, dans eis graciam credendi in Christum, quod est talentum bonis quidem ad salutem, malis autem ad preiudicium, ut inexcusabiles fiant. Dyaconibus et doctoribus secundum suam providenciam illis deus videtur iniungere ministerium dyaconatus vel presbiteratus, qui sunt iusti; qui autem inveniuntur iniusti, illos homines videntur ordinasse, non deus. Qui enim bene ministerium suum conservaverit,*[a]) *apparet quod a deo fuerat ordinatus; qui autem ministerium suum non bene conservaverit, ex hominibus ordinatus est, qui vere quantum ad deum non est dyaconus aut sacerdos.* Hec sanctum Os aureum.

[a]) Ed.: consummaverit.

[1]) c. 29. — [2]) c. 30. II, 7.
[3]) Pseudo-Chrysostomi Opus imperf. in Matth. Opp. Chrys. ed. Frankf. N. T. II. col. 145[b].

Ex cuius dicto et opere sanctorum videtur, quod pauci sunt sacerdotes et multi sacerdotes, pauci boni, multi mali, ut ponitur post eum dist. 40.[1]) Mallem ergo esse bonus christianus constitutus quam papa vel episcopus iniquus. Nam fiendo vel existendo bonus simpliciter christianus forem rex et sacerdos ex illo genere, cui dicit immediatus Christi vicarius I. Pet. 2:[2]) *Vos estis genus electum, regale sacerdocium, gens sancta, populus aquisicionis.* De quo genere est Moyses, qui rite secundum legem dei rexit populum et sic fuit rex et se deo obtulit devotum et pro populo oraciones devotas. Ipse enim a deo electus fuit, ut regeret, ut offerret, ipse de gente sancta unus, ipse de populo aquisicionis, ut virtutes annunciaret prophetice ipsius Christi, qui nos vocavit de tenebris in admirabile lumen suum.[3]) Propter quod dicit psalmista: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius et Samuel inter eos, qui invocant nomen domini,* quasi diceret: Moyses legislator et Aaron summus sacerdos fuerunt in sacerdotibus eius sc. Christi. Hos imitamini, quia magni fuerunt isti, qui eum predicant. Moyses Christum predicat dicens Deut. 18:[4]) *Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies* — ergo propheta dicitur Moyses. Deum pro populo exoravit, quamvis non carnales hostias obtulit — ergo sacerdos dicitur. Nam ayt propheta: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius et Samuel,* qui fuit dono prophecie privilegiatus I. Reg. 3, ubi dicitur:[5]) *Cognovit universus Israhel a Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel esset propheta domini.* Non numeratur autem Samuel inter sacerdotes, quia fuit de Effraym, de qua tribu non fiebant sacerdotes secundum legem, sed de Levi, et ideo eum psalmista inter sacerdotes domini non posuit, sed inter eos, qui invocant nomen domini, deputavit. Fuit enim sacerdos i. e. vices sacerdotis egit post mortem Heli et filiorum eius.

Et quia dicit Augustinus Psalmo 98 super isto versu ‚Moyses et Aaron in sacerdotibus eius et Samuel inter eos, qui invocant nomen domini', quod per istos omnes sanctos nos vult

[1]) c. 12, z téhož díla Pseudo-Chrys. homil. 43 (ibid. col. 119[a]).
[2]) v. 9. — [3]) I. Pet. 2, 9. — [4]) v. 15. — [5]) v. 20.

intelligere, unde subdit: [1]) *Videte, fratres, quos et quales sanctos nominat, quia qui custodiebant testimonia eius et precepta eius, que dedit illis*; unde notando spirituale templum, de quo dicit apostolus I. Cor. 3: [2]) *Templum dei sanctum est, quod estis vos,*
144b queramus qui sunt isti Moyses et Aaron / et Samuel. Per Moysen lex data est, in Aaron sacerdocium inchoatum est, Samuel donum prophecie concessum est. Officium itaque Moysi est facienda precipere, obmittenda prohibere; officium Aaron est ad ea, que Moyses facienda mandat, domini implorare auxilium et transgressoribus oracionibus et oblacionibus deum iterum reddere propicium; officium Samuelis est predicere, quod premium sperare valeant legis executores, quam penam expectare legis transgressores. Si igitur videris aliquem de seculo nuper venientem tota die circa hoc intentum, in hoc omni hora occupatum, quid pro preteritis peccatis faciat, quomodo de futuris se cautum custodiat, quid quo ordine gerendum, quantum vel quando cuilibet rei insistendum: scias Moysen in eius qui huiusmodi est corde surrexisse et quasi novam quandam legem condere. Noto itaque Moyse et iam adulto mores componit, vitam disponit, mala reicit, bona suscipit. Cognosce ergo nunc in hoc signo Moysen, cum videris dura precipientem, districte punientem. Sed quia data illa lege et accepta incipit velle perficere, nec datur adimplere, ita ut cum apostolo clamet: *velle adiacet michi, perficere autem non invenio,* [3]) quia *non est volentis nec currentis, sed dei miserentis* [4]) — abiecta ergo spe de propria confidencia tota ad deum convertitur et hausto prius igne de exteriori ara in sancta sanctorum currit, non tamen sine vituli sanguine. Mactato enim superbie vitulo incipit mens de domini sperare auxilio et post exteriores hostias, ut post ieiunia, frigora, afflicciones et post cetera carnis compressiva in carne tamquam in exteriori ara oblatas hostias, in ara iam interiori offerre domino consuescit gemitus, preces, suspiria et lacrimas. Ara ergo exterior sensus carnis, ara interior affectus cordis. In ara ergo interiori gemitus, suspiria, que cordis affectum commovent, sint in ara exteriori vigilie, ieiunia, labor et inedia, que ad sensum carnis pertinent. De altari exteriori ignis hau-

[1]) *Migne* l. c. col. 1266. — [2]) v. 17. — [3]) Řím. 7, 18.
[4]) Řím. 9, 16.

ritur, cum ad interiorem aram properatur; nam de afflictione corporis vis doloris ad cor trahitur, unde postmodum compunccionis incensum et caritatis ignis inextinguibilis inflammetur. De quo igne locutus est dominus Lev. 6 dicens: [1]) *Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos,* ignis iste erit perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Quis rogo est ignis perpetuus, qui nunquam deficiet in altari, nisi accensio caritatis in corde hominis sancti, qui tunc ignem nutrit, dum caritatem ad deum et ad proximum auget? Vult igitur ignem ardere salvator dicens Luc. 12: [2]) *Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat?* Cum ergo sic videris hostias in te offerri et ignem nutriri, non dubites in Aaron sacerdocium iniciari. Nam ad Aaron, ut dictum est, pertinet divinum implorare auxilium et deum oblacionibus et oracionibus iterum reddere propicium.

Ut igitur sacerdocii officium cognoscatur plenius, / duo 145a
sunt precipua, que ad ipsum pertinere videntur, populum vid. instruere et sibi et domino populum placare. Quorum unum plene Moyses exequitur, alterum per Aaron magnifice impletur. Vnde merito de eis dicitur: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius* et additur: *et Samuel inter eos, qui invocant nomen domini.*

Sed dictum est, quod sicut in Moyse legislacio et in Aaron sacerdocium claruerat, sic et in Samuel donum prophecie eminebat. Quid ergo est, quod de eo dicitur: *Samuel inter eos, qui invocant nomen domini*? cum pocius dici debeat ‚et Samuel inter prophetas eius'? Cur ergo inter eos, qui invocant, et non inter eos pocius, qui prophetant? Dicit Augustinus ubi supra: [3]) *Natus s. Samuel fuit apud matrem tempore lactis, mox ut eum ablactavit, dedit eum in templum, ut ibi cresceret, ibi roboraretur in spiritu, ibi deo serviret, factus est sacerdos magnus, sacerdos sanctus.* Hec Augustinus.

Ex quo patet, quod Samuel a principio puericie erat inter sanctos, qui invocant nomen eius. Sed cur non pocius inter eos, qui prophetant? Sed forte ex eo dicitur ‚inter eos, qui invocant nomen eius', quia inter eos, qui dominum invocant, Samuel libenter prophetavit. Novit enim Samuel propheta vere invocantes et in veritate orantes facere. Quanto enim quis plenius noverit, quanto attencius cogitaverit, que premia iustis in celo, que tor-

[1]) v. 12. — [2]) v. 49. — [3]) *Migne* l. c. col. 1265.

menta sint pravis reposita in inferno, tanto ut arbitror verius deum invocat, tanto eciam ardencius orat. Sed si desinit Samuel prophetare, desistunt sacerdotes invocare, et quanto fit futurorum contemplacio rarior, tanto redditur oracio tepidior, tanto surgit invocacio tardior. Ut ergo Moyses sit discretus in precepcione, ut Aaron permaneat devotus in oracione, necesse est ut Samuel subtilis permaneat in contemplacione.

Ex dictis ergo hiis colligitur, quod Moyses fuit sacerdos devota sui oblacione sed non institucione, Samuel sacerdos vicis vicarie et devota sui oblacione.

Vos ergo, pater reverendissime, ut questio facta ad fructum perveniat, sitis Moyses precipiendo facienda et obmittenda prohibendo. Compellite ad bonum, prohibete mala. Sitis Aaron deum invocando in auxilium et deum populo transgressori reddendo propicium. Sitis Samuel comminando malis penam et promittendo bonis vitam eternam. Sitis Moyses zelanter defendendo legem domini, sitis Aaron devote invocando auxilium Christi, sitis Samuel in divinorum contemplacione, ut possitis cum vestris subditis liberari a perpetua dampnacione. Tunc enim vere exaltabitis dominum deum vestrum et adorabitis in monte sancto eius,[1]) ad quem montem dignetur Paternitatem Vestram perducere dominus omnipotens, qui tunc est propicius, cum ulciscitur in homine, dum est reus, dicente propheta:[2]) *Tu propicius fuisti eis, ulciscens in omnes adinvenciones eorum,* ubi dicit Augustinus:[3]) *Eciam vindicans propicius fuisti, non solum donans peccata, et vindicans propicius fuisti. Audite, fratres, quid hic commendavit,*
145[b] *advertite. Illi deus irascitur,* | *quem sc. peccantem non flagellat. Nam cum vere propicius est, non solum donat peccata, ne noceant ad futurum, sed eciam castigat, ne semper peccare delectet.* Hec Augustinus. Et obiciens de Moyse, Aaron et Samuele querit, quid in ipsis vindicavit, et respondens dicit,[4]) quod Moyses percusso homine fugit de Egypto, Aaron instanti populo et querenti ydolum permisit, ut fieret, et factum est populo dei

1) Ž. 98, 9. — 2) Ž. 98, 8. — 3) *Migne* l. c. col. 1266.
4) *Migne* l. c. col. 1267.

ydolum, quod adoraret; Samuel etsi coram hominibus mundus fuit, noverat tamen deus ibi aliquid, quod purgaret.

Ecce, pater, hii sancti valde magni in suis adinvencionibus sunt correpti, ergo fugite novas adinvenciones, restaurate legem Christi. Sequimini Moysi ardorem in dileccione legis dei, sequimini Aaron in frequenti oracione, Samuelem in divinorum contemplacione. Gaudete de ulcione dei in vobis, dum venerit, quia sic scit ulciscens esse deus propicius; dolete de peccatis pristinis, timete prosperitatem, fugite seculi leticiam, ut possitis in eternam gloriam pervenire.

XI.

MGRI JOANNIS HUS SERMO DE ECCLESIA.

Z rkp. univ. *praž.* IV G 6.

Ite et vos in vineam meam (scribitur Mat. 20).

Reverendi magistri et domini! Constat ex serie ewangelii, quomodo veritas docet suos discipulos ad edificacionem ecclesie laborare. Nam pater noster familias exiit in opere primo mane conducere operarios in vineam suam, quando in prima etate mundi produxit genus humanum et convenit cum eis, quod daret eis beatitudinem pro labore, quo laborarent opus suum, non opus eorum [a]) proprium in vinea sua. Nam trinitas est pater familias, cum omnem familiam creat, gubernat et instruit, et specialiter sibi competit hoc nomen quoad regimen sponse Christi. Constat eciam ex serie ewangelii, quod nostrum thema sit dictum ad ocio torpentes et in foro stantes, dum dicitur per patrem familias: »Ite et vos in vineam meam.«

Que quidem huius patris familias vinea quamvis iuxta diversas significaciones diversa significat, tamen iuxta precipuorum doctorum sentencias in hoc loco e c c l e s i a m s a n c t a m videtur significare. Sed quia ecclesia sancta catholica secundum varios varie accipitur, ideo quantum sufficit ad propositum de t r i b u s famosioribus significacionibus erit michi sermo.

Ecclesia ergo sancta catholica u n o m o d o sumitur l a r g e p r o o m n i b u s c o n f i t e n t i b u s e a n d e m f i d e m v e r b o v e l i n f a c t o, et sic *accipitur* [1]) *pro predestinatis mixtim et*

[a]) Psáno: eius.

[1]) *Viklef* de eccl. 409. Hus také de eccl. Opp. I, 206[b].

pro prescitis, presertim dum sunt in gracia secundum presentem iusticiam. Et ista ecclesia vocatur mixtim granum et palea, frumentum et zyzania, necnon regnum celorum de fatuis virginibus et prudentibus quinque, ymmo sagena missa in mare in se bonos et malos pisces congregans. Et istam ecclesiam appellavit errando Ticonius corpus domini bipartitum, ut patet 3. de doctr. christ. 32.; non enim sunt presciti corpus domini nec pars eius.

Alio modo sumitur ecclesia sancta catholica stricte pro congregacione predestinatorum, ut pro puro grano a palea depurgato, ut patet 32. q. 4 Recurrat, [1]) ubi sic scribitur et sunt verba Augustini: »Sive intus versari videantur sive aperte foris sint, quod caro est caro est et quod palea est palea est et semper ab illius ecclesie, que sine macula est et ruga, unitate est decisus.« Vult iste sanctus dicere, ut patet ex dictis, quod i n p o s s i b i l e e s t p r e s c i t u m e s s e m e m b r u m s a n c t e m a t r i s e c c l e s i e v e l p r e d e s t i n a t u m a m a t e r n i t a t e i l l a d e f i c e r e, q u o m o d o c u n q u e s e c u n d u m p r e s e n t e m i u s t i c i a m v a r i e t u r.

T e r c i o m o d o accipitur ecclesia p r o p a p a e t c e t u c a r d i n a l i u m, qui debent precipua esse membra et officiales domini Jesu Christi et in sancta ecclesia primo et secundo modis dicta.

Pro intellectu autem sancte matris ecclesie catholice large et primo modo dicte, que in se racione unius fidei analogice dicte claudit tam prescitos quam predestinatos, sed nimis dispariter, est notandum, quod quamvis Christus sit quoad sufficienciam propiciacio i. e. medium vel medicina propiciativa tocius humani generis, quod habet ultra diabolum post ruinam angelorum libertatem arbitrii ut salvetur, cum totum genus humanum sit homo quidam, qui descendendo ab Jerusalem in Jericho incidit in latrones, / qui relictus secundum se totum se- 24[a]
mivivus ex gracia Samaritani habuit medicinam dispositam [2]) et ministros mercede et instruccione duplicis testamenti exinde [a]) dispensantes, secundum quam totus ille homo sanari poterit:

[a]) Rkp.: proinde.

[1]) Co následuje, jest podobně u *Viklefa* de eccl. 82.

[2]) Luk. 10, 30 nn.

tamen preter illum hominem naturalem oportet secundum Adam generare spiritualiter unam generacionem priori permixtam, que est s a n c t a m a t e r e c c l e s i a. Et in illo magno corpore sunt aliqui v e r e m e m b r a, u t p r e d e s t i n a t i, quadruplici dignacione principali membro assimilati; illi autem, qui sunt intra dictam sanctam ecclesiam non ut partes, sunt in gradu duplici, ut quidam in sua infidelitate perpetue permanentes, qui nunquam receperunt graciam vel caritatem, et hii sunt tamquam aer vel ventus in homine, in quem nunquam agit suus calor naturalis. Hii autem sive commixti sint localiter sive solum in genere humano, prosunt ad refrigerium sancte matris ecclesie. Alii autem sunt tamquam superfluitates cibi sponse ecclesie, que spiritualiter digerit predestinatos et demum assimilat. Et iste est cibus, de quo loquitur sponsus ecclesie Joh. 4: [1]) »Ego [a]) cibum habeo manducare, quem vos nescitis.«

Vnde superflua huius cibi sunt in secta duplici: ut aliqui sunt in stomachum sancte matris ecclesie recepti per graciam secundum presentem iusticiam, sed ex eorum ypocrisi vel heresi non sunt propter abhominacionem caritatis operantis digesti, [b]) sed in hac vita sensibiliter evomendi. De quibus loquitur spiritus s. Apok. 3: [2]) »Neque calidus es neque frigidus, ideo incipiam te evomere de ore meo.« Tales autem sunt sive clerici sive laici, pretendentes se operari ad edificacionem sancte matris ecclesie quicquid agunt, sed tamen quia habent intenciones frigidas temporalium, propter quas principaliter agunt, ideo sunt ypocrite deo abhominabiles racione falsitatis in duplicitate latentes, que opponitur veritati.

Hec autem tota et tam magna ecclesia signata per sagenam missam in mare, que in se congregat bonos pisces et malos, quamvis dicatur per b. Gregorium in suis omeliis sancta ecclesia, tum propter predestinatos vere sanctos, que sunt pars precipua huius sc. magne ecclesie, tum propter unam fidem secundum se absolute sanctam, tum eciam propter graciam secundum presentem iusticiam: tamen h e c t o t a e c c l e s i a, h o c t a m m a g n u m c o r p u s n o n e s t s e c u n d u m s e

[a]) Rkp.: ecce. — [b]) Psáno: dignati.

[1]) v. 32. — [2]) v. 15.

t o t u m i l l a s a n c t a e c c l e s i a c a t h o l i c a, q u e e s t s p o n s a C h r i s t i, c o r p u s e i u s m i s t i c u m, de qua loquitur apostolus Eph. 5: [1]) »Christus«, inquit, »tradidit semet ipsum pro ecclesia, ut ipsam sibi exhiberet ecclesiam gloriosam, non habentem maculam aut rugam.« Et de illa dicit s. Thomas tractatu de Christo qu. VIII. art. 3, quod ille est ultimus finis, ad quem perducitur [a]) sancta mater ecclesia per passionem Christi pro statu patrie, non autem pro statu vie, in quo si dixerimus quia peccata non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est, ut dicitur 1. Joh. 1. [2]) »Quomodo«, ait b. Augustinus, [3]) »hec tota ecclesia corpus domini est, quod cum illo non manebit in eternum?« acsi diceret Augustinus, quod nullo modo est suum corpus, quod cum illo non manebit etc. / 24[b]

Ecclesia autem in secunda accepcione fuit limitata stricte pro *congregacione* [4]) *predestinatorum et hec ecclesia est* vere *corpus Christi misticum* manens secum perpetue, *sponsa Christi, de qua est processus Cantici cant. et de qua loquitur scriptura Ys. 61: »Tamquam sponsam decoravit me corona.«* [5]) *Ista est Jerusalem mater nostra, templum domini, regnum celorum et civitas regis magni. »Que tota«, inquit Augustinus Enchir. 46, »accipienda est, non solum ex parte, que peregrinatur in terra, a solis ortu usque ad occasum laudans nomen domini, verum eciam ex illa, que in celis semper ex quo condita est cohesit deo nec ullum malum sui casus est experta. Hec enim in sanctis angelis beata persistit et sue parti peregrinanti* [b]) *sicut oportet opitulatur, quia utraque una erit consorcio eternitatis et nunc est una vinculo caritatis.« Hec est sancta ecclesia catholica, quam confitentur christiani inmediate post fidem in spiritum s.*

Huius autem tam sancte ecclesie catholice *nullus preter Christum est caput,* cum capitalem huius ecclesie oportet esse *supra* [6]) *omnes angelos beatos,* cum illi sint membra illius ecclesie, *quod soli Christo potest competere* inter omnes predestinatos.

[a]) Rkp.: producitur. — [b]) Psáno: opitulanti.

[1]) v. 26 n. — [2]) v. 8.
[3]) De doctr. christ. III, 32 (*Migne* P. L. 34 col. 82).
[4]) *Viklef* de eccl. 2 n. Hus také de eccl. Opp. I, 197[a].
[5]) Viklef ještě: mulier fortis... corpus Christi misticum.
[6]) *Viklef* de eccl. 17. Hus také de eccl. Opp. I, 202[b].

Hec autem universalis sancta mater *ecclesia*[1]) *continet in se ista tria: partem in celo triumphantem, partem in purgatorio dormientem et partem in terris militantem. Et in figuram illius dicunt doctores hostiam vel sacramentum dividi in tres partes: primam inmersam calici dicunt significare ecclesiam triumphantem, que insorbta et inebriata est intuicione divine essencie, ut loquitur caput ecclesie Cant. 5 exhilarans cives et commensales suos: »Inebriamini«, inquit, »carissimi«; due autem partes in manu domini et merito ecclesie expurgande signantur per illas duas partes, quas sacerdos tenet in manibus; maior supposita minori significat ecclesiam militantem et minor innixa supposite significat ecclesiam in purgatorio expectantem — ipsa enim innititur suffragiis militantis ecclesie. Et pro istis duabus partibus geminamus preces*[a]) *agno, qui est caput ecclesie, ut misereatur nobis, sed pro tercia parte, ad cuius locum et requiem aspiramus, petimus ut idem agnus triplicis nature donet nobis finaliter pacem. Et hinc dictus sponsus secundum humanitatem suam visitavit tria loca ecclesie sc. umbilicum nostre habitabilis, triginta tribus annis in Judea et Jerusalem conversando; limbum in quo patres purgati sunt, morsellum sue ecclesie in anima extrahendo; sed tercio finaliter ascendens in celum cepit captivitatem, quam post triumphum coronavit ad dei dextram collocando.*

Ista[2]) *igitur est triplex pars unius ecclesie universalis sive catholice,* quam *in simbolo ecclesia confitetur se credere*
25[a] *unam sanctam catholicam / et apostolicam ecclesiam. Apostoli enim sunt modo in celo in eadem personalitate, qua vixerunt in terris, et sunt modo partes plene purgate eiusdem matris ecclesie, auctoritate quorum sui vicarii iam regunt adolescentulam modo querentem sponsum ecclesie. Et sic loquitur decretum 24. q. 1: »Manet«, inquit Leo papa, »Petri privilegium ubicunque ex ipsius equitate fertur iudicium; ipse enim residet in celis videns et procurans, quod deus liget et solvat.«*

Hec insuper mater *ecclesia*[3]) est patris familias *vinea,*

[a]) Psáno: partes.

[1]) *Viklef* de eccl. 8. Hus také de eccl. Opp. I, 198[a].
[2]) *Viklef* de eccl. 9. Hus také de eccl. Opp. I, 198[b].
[3]) *Viklef* de eccl. 23.

de qua in nostro themate nobis sermo *testante b. Gregorio super illo Mat. 23 Ecce ego mitto ad vos sapientes et scribas: »Est inquit vinea domini plantata a principio mundi usque ad finem fructificans, que quot sanctos gignit, tot palmites producit.«*

Sancta denique *militans*[1]) *ecclesia catholica fiet triumphans post resurreccionem universaliter et cottidie fit triumphans in membris particulariter, ita quod militans ecclesia est sponsa, sed ducta in domum sponsi universaliter vel in suis membris fit uxor. Vnde Apok. 19 dixit angelus b. Johanni: »Veni et ostendam tibi sponsam uxorem agni.«*

Hanc eciam *sanctam*[2]) *catholicam ecclesiam* militantem suppono esse et *nominari romana ecclesia, quia ipsa diffunditur ubicunque sunt fideles predestinati. Vnde Augustinus in ep. ad Dardanum cap. 17 exponens illud Joh. 19 Expedit ut unus homo moriatur pro populo: »Caiphas inquit prophetavit, quod deus filios suos congregaret in unum, non inquit in unum aliquem locum corporalem, sed congregavit in unum spiritum et unum corpus, cuius unum caput est Christus.« Ex quo patet, quod unitas sancte matris ecclesie stat in unitate fidei et virtutum, licet fideles quamcunque varie localiter sint diffusi. Vnde b. Ysidorus lib. 1. de summo bono cap. 19 ita scribit: »Sancta ecclesia dicitur catholica, eo quod universaliter per omnem mundum sit diffusa.« Et Hugo de sacramentis parte II. cap. 2: »Sancta ecclesia i. e. universitas fidelium corpus Christi vocatur.« Et istam sentenciam innuunt decreta 21. dist.: »Quamvis universe per orbem catholice ecclesie unus thalamus sint Christi, tamen sancta romana ecclesia catholica et apostolica multis sinodicis institutis ceteris ecclesiis est prelata«; quod probat ex illo Mat. 16: »Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.« Et illam ecclesiam vocat postmodum ecclesiam romanam, primam apostoli Petri sedem, non habentem maculam neque rugam. Et super illo textu dicit glosa: »Argumentum«, inquit, »est quod ubicunque sint boni, ibi est romana ecclesia«.*[3]) *Et sic intelligitur*[4]) *decretum 24. q. 1. A recta, ubi canon de romana ecclesia sic loquitur: »Hec est sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia,*

[1]) *Viklef* de eccl. 420. — [2]) *Viklef* de eccl. 85—88.
[3]) *Viklef*: Et hoc argumentum daret plenam fidem fidelibus.
[4]) *Viklef*: sic intelligo.

que per dei omnipotentis graciam a tramite apostolice tradicionis nunquam errasse probatur nec hereticis succubuit.« [1]) *Super quo canone sic dicit glosa: »Quero,« inquit, »de qua ecclesia loquitur? / quia non potest intelligi de papa, qui dicitur* 25b *ecclesia ut supra eodem Quodcunque 7. q. 1. Scire debes. Sed certum est, quod papa errare potest, ut 19. dist. Anastasius et 40. dist. Si papa. Ideo nec ipse nec eius familia est illa ecclesia, de qua hic loquitur, quod errare non potest. Vnde congregacio fidelium dicitur hec ecclesia.« Et sic intelligitur dictum b. Jeronimi,* quod scribit ad Augustinum, quem nominat papam, et *ponitur 24. q. 1. Hec est fides, papa beatissime.* [2]) *Et sic manifeste sequitur, quod tota mater in omni gente et lingua dispersa est illa sancta romana ecclesia* et non solum illud tam parvum collegium. *Verumtamen* [3]) *inter partes eius in comparacione ad quantitatem sunt papa et suum collegium pars precipua officio et dignitate,* [4]) ymmo sunt in tercia accepcione supradicta iuxta communiter loquentes ecclesia romana in regimine et virtute, de quanto iuxta legem dei dirigunt et regunt alios fideliter ad salutem.

Nec egre debet quis ferre, si sub pio sensu dominus papa caput universalis sancte matris ecclesie ab aliquibus nuncupatur; et sic *scribit* [5]) *dominus Archidiaconus Innocencio pape de pauperie Christi tamquam capiti ecclesie universalis,* quia *debet* [6]) *intelligi quod ipse sit caput tante ecclesie quantam ipse regit* et quanta sibi ad obedienciam fidelem et racionabilem obligatur. *Et que debet supponi extensior quam alia militans, cui alius* [a]) *vicarius preest.* Sub hac racione pia quidem [b]) summus romanus pontifex potest et debet reputari et supponi caput ecclesie iam dicte.

[a]) Viklef: *eius.* — [b]) Text: *quibus.*

[1]) *Viklef*: Ubi notum est hoc non posse intelligi de quolibet papa et suis domesticis.

[2]) Hus vynechal tu 19 řádků z Viklefa str. 87.

[3]) Vynecháno 10 řádků z Vikl. str. 88.

[4]) *Viklef* dále: dum tamen sequantur Christum propinquius et deserendo fastum atque primatum serviant matri sue efficacius atque humilius. Nam faciendo oppositum sunt nidus hereticorum, apostema putridum et ydolum desolacionis . . .

[5]) *Viklef* de eccl. 92. — [6]) *Viklef* de eccl. 96.

Similiter si *reverendissimus,* [1]) *sanctissimus vel beatissimus* nominatur, *dum tamen nomen reale et meritorium ministerium correspondent, quod supponi debet in tali prepositio reputative et non diffinitive asseri.* Ex alia eciam parte *ne* [2]) *vicarii Christi inducantur in blasphemiam usurpando ex verbis floridis honorem deo proprium, necesse est doctores et alios cavere ab adulacionibus et instar b. Gregorii unum et alium alternare. Nam secundum Commentatorem in prologo III. Phis. sicut quidam assuescunt sic venenum comedere, quod totum cibarium vertitur in venenum, sic quidam sic assuescunt opinionibus falsis, quod instruccioni veritatis redduntur inhabiles. Correspondenter evenit de honoribus: Ecce enim in talibus superlativis »sanctissimum, reverendissimum, beatissimum« est communiter latrie subintellectus honor, quo maior esse non potest.* In omnibus igitur illis necesse est, ut fidelis prudencia apponatur. Quia igitur dominus papa est prepositus sancte matris ecclesie, ut supponimus, non autem diffinimus, restat ut propter deum suis salutaribus stemus preceptis, semper de quanto sunt conformia legi dei et non erranti racioni; et ante mentis oculos semper nobis ponamus pro obiecto, quod virtus obediencie super sacrificium et victimam commendatur, inobediencia autem super peccatum ariolandi [a]) habet in malicia principatum. [3])

Regula autem omnium virtutum, que est prudencia, debet eciam et in execucione obediencie / non obmitti. Intelli- 26a
gere enim debemus secundum b. Bernhardum in ep. ad Adam monachum, que incipit Si maneres in caritate,[4]) quod nullo modo in indifferentibus male quis prepositis debet obedire nec eciam ad tantum debemus nos nostro spoliare intellectu, quod non vellemus intelligere, si papa vel alius prepositus bene vel male nobis talia media precipiat. Nec obviat alia s. Bernhardi nostre sentencie clausula cum dicit: [5]) »In hiis profecto phas non est nostrum sensum prescibere sentencie magistrorum, in

[a]) Psáno: arrogandi.

[1]) *Viklef* de eccl. 95.

[2]) *Viklef* de eccl. 95 před předchozím; konec volněji.

[3]) I. Král. 15, 23. — [4]) *Migne,* P. L. 182 col. 95. — [5]) Ibid.

hiis omnino prelatorum nec iussio nec prohibicio contempnenda,« quia loquitur de mandato ad personam, quod supponit bene fieri, alias enim insipiens prelatus non bene discuciens modum et alias condiciones, quibus media bene mandarentur, cecus dux ducatum preberet ceco, cui si obediret subditus, ambo in foveam precipitarentur,[1]) ad quod nullus subditus ex doctrina ewangelica est obligatus. Non enim debemus ad tantum insanire, quod dicamus papam et suos cardinales, qui ex eleccione sepe erronea suum habent statum, non posse[a]) deviare. Memoremur enim de magno eleccionis errore, quo *quedam*[2]) *femina in papam fuit electa, in papatu autem sedit duobus annis et quinque mensibus post Leonem. Hec dicitur fuisse puella Agnes vocata, nacione Maguntina, a suo amasio Athenis in habitu virili adducta et Johannes Anglicus nominata. Que in diversis scienciis sic profecit, quod Romam veniens magnos magistros habens auditores trivium legit, demum in papam electa per suum amasium inpregnatur et cum Lateranensem ecclesiam ab ecclesia Petri pergeret, angustiata pariendi doloribus inter Colosseum et s. Clementem peperit et postmodum ibi fuit mortua et sepulta. Et dicitur hinc papam hanc viam obliquare communiter.* Multi eciam nomine pape a papatu defecerunt, sicut de hoc nimis late narrant cronicantes, ymmo plures pape in fide errantes in heresim sunt prolapsi. Qui quidem errores tam notabiles in factis nostrorum magnorum prelatorum nos docerent, super quo nostram fidem debeamus stabilire. Certum enim est ex proprietate fidei,[b]) quod nullo modo subest fidei falsum nec erroneum, dum [sicut] omne diligibile est bonum, ita omne credendum debet esse verum.

Nullus tamen hiis auditis debet erigere calcaneum contra suos prepositos aut vicio inobediencie denigrari, sed debemus ipsos supponendo esse nostros legittimos prepositos, in omnibus racionabilibus humiliter obedire, quia sic est voluntas dei nostri patris familias, qui nos in suam vocat vineam dicens: »Ite et vos in vineam meam.«

[a]) Psáno: possent. — [b]) Psáno: fide.

[1]) Mat. 15, 14.

[2]) *Viklef* de pot. pape 309. Hus stejně de eccl. Opp. I, 220[a].

In quibus verbis duo brevissime innuuntur: 1. ad laborem incitacio in vinea domini torpencium ocio, 2. unitas et singularitas vinee huius patris familias ad laborem conducentis. Primum tangitur ibi: / »Ite et vos,« secundum ibi: »in vineam meam.« 26[b]

De primo sciendum, cum ociositas sit mater omnium viciorum, oportet quod sit summe odiosa deo nostro. Est autem ocium omnium viciorum mater, cum inpossibile sit creaturam committendo peccare, nisi prius omissione peccaverit, cum prius ociatur a dei servicio, quam sic peccat. Nos autem torporem ocii excludamus a nobis, sed fideliter in vinea nostri patris familias pro denario diurno laboremus. Denudemus terrenam affeccionem a radicibus cordium membrorum Christi, amputemus facta superflua et coniungamus ea ad invicem et ipsi ligno vinculo caritatis. Sic enim fideliter laborabimus in vinea nostri patris familias sibi fideliter complacendo.

Secundo dixi, quod in verbis predictis innuitur unitas et singularitas vinee huius patris familias ad laborem conducentis, cum dicitur: »in vineam meam.« Tantum enim unica est, ita quod non plures universales ecclesie catholice, que est hec vinea patris familias electa. Patet sic: Eo ipso quod est ecclesia universalis sive catholica, ipsa continet in se omnes predestinatos, nec est possibile quod sint plures tales, ergo non est possibile quod sit nisi una universalis ecclesia. Patet hoc idem *ex scripturis.*[1]) *Primo per illud Cant. 6: »Una est columba mea, perfecta mea, una est matri sue electa genitrici sue.« Ista columba secundum concordem sanctorum sentenciam est mater ecclesia, cuius mater quia creatrix*[a]) *est trinitas vel divina essencia, cuius genitrix vel fotrix est patris sapiencia et ipsa mater virgo et sponsa humanitatis Christi sui capitis, ex quibus parentibus parientibus spiritualiter et per consequens gignicione virginea filii ecclesie procreantur.* Idem protestatur[2]) *unitas arche, de qua Gen. 6, que ad sensum misticum figurat*

[a]) Rkp.: genitrix.

[1]) *Viklef* de eccl. 9—11.

[2]) U Viklefa je to »testimonium tercium«. Druhý příklad Ps. 21 Hus vynechal.

unicam sanctam matrem ecclesiam catholicam. Et[1] *apostolus ad Eph. 4 asserit, quod unus dominus, una fides, unum baptisma, ex cuius unitate sequitur quod sit correspondenter una lex, unum regnum sive familia, que indubie est universalis ecclesia.*

Quintum[2] *testimonium est de una tunica inconsutili, que non sine misterio ex testimonio*[a] *ewangelii*[3] *remanserat indivisa — correspondenter oportet esse unicam Christi ecclesiam infringibilibus vinculis caritatis contextam iuxta illud:*[4] *Quis nos separabit a caritate Christi?*

Sextum testimonium est illud Joh. 10: »Fiet unum ovile et unus pastor,« quod ovile oportet confiteri eandem matrem ecclesiam, et satis constat, quod *extra*[5] *hanc ecclesiam sanctam catholicam non est salus vel remissio peccatorum,* que est unica vinea domini Sabbaoth, in qua manentes fideliter operemur et confidenter expectemus a nostro patre familias pro mercede denarium diurnum, qui est circularis sine fine beatitudo eterna, ad quam nos perducere dignetur pius pater familias dominus Jesus Christus in secula benedictus Amen Amen.

---

[a]) Psáno: testamento.

[1]) Viklef: quartum testimonium.

[2]) Tak u Viklefa; u Husa arci *čtyř* svědectví předešlých není, nýbrž jen tři a nedosti jasně rozlišená.

[3]) Viklef: Joh. 19 (v. 23). — [4]) Viklef: Rom. 8 (v. 35).

[5]) U Viklefa str. 11 po 17 řádcích jako »tercia conclusio«.

XII.

MGRI JOANNIS HUS SERMONES DOGMATICI ATQUE POLEMICI (a. 1410).

Z rkp. *olom.* knih. lyc. č. 34 (A) srv. s rkp. *praž. kapit.* knih. N 7 (B), *praž. univ.* X H 13 (C), XI D 9 (D), X H 17 (E), VIII G 34 (F).

1.

Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni celorum et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum in celis et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in celis (Mat. 16).

Beda in omelia hodierna dicit:[1] *Leccio sancti ewangelii, quam modo fratres audistis, tanto intencius cogitanda et sine oblivione iugiter est tenenda, quanto constat, quia magnam nobis fidei perfeccionem commendat, magnum eiusdem perfecte fidei contra omnia temptamenta robur eque demonstrat. Si enim scire volumus, quomodo in Christum credi oporteat, quid lucidius est eo, quod ait ad eum Petrus: Tu es Christus, filius dei vivi? Rursus si audire delectat, quantum fides hec valeat, quid apercius eo, quod ait dominus de ecclesia, que super eum*[a] *edificanda erat: Et porte inferi non prevalebunt adversus eam?* Hec Beda.

Quia igitur Petrus a petra,[b] que est Christus, habuit humilitatem, paupertatem et fidei firmitatem, inde dictus est Petrus. Vnde Joh. 1

[a]) A glosa: vid. *dominum.* — [b]) C D: a petra ecclesie.

[1]) *Migne,* P. L. 94 col. 219.

dicit ewangelium: [1]) *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Quidam autem sine fundamento scripture dicunt: [a]) Cephas interpretatur caput. Jeronimus autem peritus linguarum dicit, quod Cephas interpretatur Petrus vel firmitas, et syrum est, non hebreum, et Petrus interpretatur agnoscens vel discalcians sive agnitus vel dissolvens. Patet ergo, quod Petrus fuit finaliter in fide firmus et agnoscens, cum dixit: [2]) *Tu es Christus, filius dei vivi,* et agnitus a deo, cum sibi dixit dominus: [b]) *Beatus es Symon bar Jona,* et discalcians i. e. humiliter se a peccatis exuens et dissolvens verbo predicacionis et exemplo boni operis peccata aliorum. Ergo bene sibi dixit salvator: *Tu es Petrus* i. e. in confessione fidei firmus, quia dicis michi: Tu es Christus, filius dei vivi — magna enim firmitas est fidei caritative finaliter confiteri, quod Jesus est Christus, filius dei vivi et sic [c]) verus deus et verus homo.

Sed quia talis firma confessio fidei non venit principaliter ab homine sed a deo, cum beatificet hominem, ideo dicit salvator: Beatus es Symon bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, [d]) sed pater meus, qui est in celis. Qui ergo finaliter confitetur Christum in fide, sequitur [e]) humilis in corde, imitatur [f]) in pauperie, est [g]) beatus Symon i. e. obediens, bar Jona i. e. filius gracie, et hoc non principaliter ex revelacione carnis i. e. hominis terreni, sed ex revelacione patris celestis. Utinam nostrum cuilibet illis precedentibus virtutibus diceret salvator: *Beatus es* etc.

Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam i. e. super me petram, quam confessus es et a qua accepisti firmitatem, edificabo ecclesiam meam i. e. predestinatorum universitatem; et porte inferi i. e. peccata, persecuciones et temptaciones inmundorum spirituum non prevalebunt adversus eam. [h]) Cum enim deus sit cum suis pre-

a) C D vynech. — b) C vynech. — c) C: sic est.
d) V A glosa: hanc confessionem. — e) V A glosa: Christum.
f) C D: imitatur ipsum. — g) A: et.
h) A in marg.: sc. finaliter discedendo.

1) v. 42. — 2) Mat. 16, 16.

destinatis, [a]) quis ergo contra eos potencior ut vincat? Et patet, [b]) quia nullus. Hinc enim dicit apostolus ad Rom. 8: [1]) *Si deus pro nobis, quis contra nos? Quis accusabit adversus electos dei?* Infra: *Quis ergo nos separabit a caritate dei?* Infra: *Certus sum, quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus* [c]) *poterit nos separare a caritate Christi, que est in Christo Jesu / domino nostro.* 161[b]

Ex dictis colligitur, quod Christus est petra, [d]) super quam ipsemet ut vir sapiens edificavit domum suam i. e. ecclesiam. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id, quod positum est, quod est Christus Jesus* (I. Cor. 3). [2]) *Petra autem erat Christus* (I. Cor. X).[3]) Ipse ergo Christus est fundamentum apostolorum — ad Eph. 2:[4]) *Superedificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum.* Non ergo super Petro, sed supra petram Christum ipse Christus fundavit ecclesiam suam.

Vnde [e]) Augustinus de verbis domini serm. 13 dicit: [5]) *Dominus noster Jesus Christus dixit b. Petro: Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Super hanc petram, quam confessus es, super hanc petram, quam cognovisti dicens: »Tu es Christus, filius dei vivi,« edificabo ecclesiam meam i. e. super me ipsum filium dei vivi edificabo ecclesiam meam. Super me edificabo te, non me super te. Nam volentes homines edificari super homines dicebant:* [f]) *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephe, ipse est Petrus; alii vero nolentes edificari super Petrum sed super petram, dicebant: Ego autem sum Christi.* Hec Augustinus.

Idem super Joh. omelia finali: [6]) *Quando ei* sc. Petro *dictum est: Tibi dabo claves regni celorum et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum etc., universalem significabat ecclesiam, que in hoc mundo diversis temptacionibus velut ym-*

a) A in marg.: in karitate finaliter perseverantibus.
b) A nad tím: ex fide. — c) A nad tím: potestas tenebrarum.
d) A nadeps.: similitudine. — e) C D vynech.
f) A glosa: I. Cor. 3.

1) v. 31. 33. 35. 38 n. — 2) v. 11. — 3) v. 4. — 4) v. 20.
5) *Migne,* P. L. 38 col. 479 n. — 6) *Migne,* P. L. 35 col. 1973.

bribus, fluminibus et tempestatibus quatitur et non cadit, quoniam firmata est super petram, unde[a]) *Petrus nomen recipit.* [b]) *Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra; sicut non Christus a christiano, sed christianus a Christo vocatur. Ideo quippe ait dominus: »Super hanc petram edificabo ecclesiam meam,« quia dixerat Petrus: »Tu es Christus, filius dei vivi.« Super hanc igitur*[c]) *petram, quam confessus es, edificabo ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum et ipse edificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere preter id, quod positum est, quod est Christus Jesus. Ecclesia ergo, que fundatur in Christo, claves ab eo regni celorum accepit in Petro i. e. potestatem ligandi solvendique peccata.* Hec Augustinus.

Et tibi dabo claves regni celorum. Claves dicit pluraliter, quia una non sufficit. Claves iste sunt d i s c e r n e n d i s c i e n c i a et p o t e n c i a i u d i c a n d i i. e. ligandi et solvendi, qua dignos recipere, indignos debet excludere a regno [d]) ecclesiasticus iudex — hec Mgr Sent. lib. 4. [e]) dist. 18. cap. 2; [1]) et quid est potestas ligandi et solvendi, ostendit in eadem dist. cap. 6. dicens: [2]) *Non autem hoc* sc. mundare ab interiori macula *concessit sacerdotibus, quibus tamen tribuit potestatem solvendi et ligandi i. e. ostendendi homines ligatos vel solutos.* Hec Mgr.

J e r o n i m u s super isto »Tibi dabo claves regni celorum et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis« dicit sic: [3]) *Hunc locum non intelligentes quidam aliquid sumunt de supercilio* i. e. superbia *phariseorum, ut dampnare innoxios vel solvere putent noxios,* [f]) *cum apud deum non sentencia sacerdotum, sed eorum vita queratur. In Levitico se sacerdotibus ostendere iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos vel mundos, sed discernunt, qui mundi vel inmundi sunt. Ita et hic.* Hec Jeronimus.

a) A nad tím: a qua. — b) C D: accipit, *Migne:* accepit.
c) C D: inquit. — d) A glosa: celorum.
e) C D: hec Mgr in IV. Sent. — f) A nad tím: pro libito.

1) *Migne* P. L. 192 col. 885. — 2) ibid. col. 887.
3) *Migne* P. L. 26 col. 118. Citováno z Lombarda l. c. col. 887.

Vnde Mgr [1]) statim ibidem subdit: [a]) *Aperte hic ostenditur, quod non sequitur deus | ecclesie iudicium, que per sur-* 162a
repcionem [b]) *et ignoranciam interdum iudicat; deus autem semper iudicat secundum veritatem et in remittendis vel retinendis culpis. Id iuris et officii habent ewangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hii ergo* [c]) *peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa a deo vel retenta iudicant et ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen dei super filios Israhel, sed ipse benedicit, ut legitur in Num. 6. cap. Hunc modum ligandi et solvendi Jeronimus supra notavit.* Hec Mgr.

Item nota, quod Mgr in IV. dist. 19. cap. 1. dicit: [2]) *Sane dici potest, quod alteram clavium vid. scienciam discernendi non habent omnes sacerdotes. Vnde dolendum atque lugendum — multi enim licet indiscreti atque sciencie, qua eminere debent sacerdotes,* [d]) *exsortes i. e. ignari sacerdocii gradum presumunt recipere, vita et sciencia eo indigni, qui nec sacerdocium nec post scienciam habent discernendi, qui ligandi sunt vel solvendi.* Hec Mgr.

Item cap. 3. eiusdem dist., ostendens ante cap. 2, quod non omnes sacerdotes habent[e]) illas duas claves, de clave ligandi et solvendi dicit: [3]) *Aliis autem videtur, quod et michi placere fateor, cunctis sacerdotibus hanc clavem dari* sc. ligandi et solvendi, *sed non eam recte ac digne habent, nisi qui vitam* [f]) *et apostolicam doctrinam servant.* Hec Mgr.

Cum ergo dicitur Petro: Tibi dabo claves regni celorum, t o t i e c c l e s i e d i c i t u r, ut dicunt Augustinus et Beda. Vnde A u g u s t i n u s in omelia super Joh. dicit: [4]) *Ecclesia ergo, que fundatur in Christo, claves ab eo regni celorum accepit in Petro i. e. potestatem ligandi solvendique peccata; quod est per proprietatem*[g]) *in Christo ecclesia, hoc est per significa-*

a) A in marg.: Nota circa adduccionem huius auctoritatis.
b) A nad tím: i. e. per furtum. — c) A nad tím: ewangelici.
d) C: debet sacerdos. — e) A vynech.
f) A glosa: quoad se, quoad alios.
g) A: proprietates, C D: per proprietates.

1) ibid. col. 887. — 2) ibid. col. 889. — 3) ibid. col. 890.
4) *Migne* P. L. 35 col. 1973.

cionem Petrus in petra. Hec Augustinus. Beda autem super presenti ewangelio dicit: [1]) *Sicut interrogatis generaliter omnibus unus respondit pro omnibus, ita quod Petro dominus respondit, in Petro omnibus respondit: Tibi dabo claves regni celorum et quodcunque ligaveris sc. conformiter triumphanti ecclesie, erit ligatum et in celis i. e. a triumphante approbatum ecclesia.* [a])

Quod autem dominus ecclesie principaliter solvendi ligandique dedit potestatem in Petro, patet Mat. 18, ubi dicit Christus: [2]) *Si peccaverit in te frater tuus, argue eum inter te et ipsum* etc. et infra: *dic ecclesie* i. e. communitati vel multis secundum Jeronimum; *si autem ecclesiam non audierit, fiat tibi sicut ethnicus* [b]) *et publicanus.* Et sequitur: *Amen dico vobis, quecunque ligaveritis super terram* — ecce, pluraliter dicit »vobis« — *erunt ligata et in celo.* Item Joh. 20: [3]) *Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Vnde Augustinus super illo dicit: [4]) *Spiritus s. remittit,* [c]) *non vos,* sc. principaliter.

Nota eciam: Hic dicit *Quecunque ligaveritis* etc. et non [d]) »quecunque volueritis, illa solvatis«, cum nec s. Petrus omnia solvere potuit et eciam ligare. Non enim potuit solvere scripturam, Joh. X: [5]) *Non potest solvi scriptura*; item non potuit solvere nolentem penitere, ergo dixit Act. 8 Symoni: [6]) *Utique age penitenciam de hac nequicia tua et roga, si forsitan remittatur tibi hec cogitacio* [e]) *cordis tui.* Item 3) non potuit solvere uxorem a viro legitimo, quia dixit salvator Mat. 19: [7]) *Quod deus coniunxit, homo non separet;* 4) non potuit solvere Judam a peccato, quia erat filius perdicionis, Joh. 17: [8]) *Nemo ex hiis periit nisi filius perdicionis, ut*
162b *scriptura impleatur.*

Exponitur ergo: *Quecunque solveritis* spiritu sancto solvente, quem accipietis. [f]) Item: [9]) *Tibi dabo claves regni*

a) Až potud v rkp. univ. VI F 18. — b) A glosa: i. e. gentilis.
c) C: remittit peccata. — d) C D: non dicit.
e) A nad tím: symoniaca. — f) A: accepistis.

1) *Migne* P. L. 92 není. — 2) v. 15—18. — 3) v. 22 n.
4) *Migne* P. L. 35 col. 1958 není. — 5) v. 35. — 6) v. 22. — 7) v. 6.
8) v. 12. — 9) Mat. 16, 19.

celorum i. e. faciam te ostiarium regni celorum et *quecunque solveris* sc. ad istum officium pertinens. Vnde Christus est ostiarius primus Joh. X: [1]) *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur.* Si ergo Christus est primus ostiarius et ipse ostium, patet quod nemo primo aperit et [a]) claudit nisi ipse. Vnde ipse est clavis David, patris dei, que claudit et nemo aperit. [2])

Solvit 1. divinitas, 2. humanitas, 3. passio Christi, 4. voluntas penitentis, 5. sacerdos; ligat dyabolus, carnalitas, delectacio, voluntas prava, peccatum. Ambrosius (et ponitur de penit. I): [3]) *Verbum dei* i. e. Christus *dimittit peccata, sacerdos est iudex. Sacerdos quidem officium suum exhibet,* [b]) *sed non potestatis iura exercet* i. e. secundum glosam: non habet potestatem dimissionis culpe et pene eterne, sed ministerium denuncciacionis. [c]) In IV. dist. 18. cap. 4. ibidem: [4]) *Ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis mortuus est.*

Si [d]) pensaremus nos sacerdotes, quantam potestatem dedit nobis dominus, deberemus ita vivere, ut possemus illam potestatem licite exercere. Vnde quoad hoc dicit Origenes: [5]) *Qui episcopatus* [e]) *vendicant locum, utuntur hoc textu.* [f]) *Sed bene dicunt de potestate, si opera illa habent, propter que dictum est Petro: Tu es Petrus, ut super tales edificetur* [g]) *ecclesia. Alioquin ridiculum* [6]) *est, ut dicamus eum, qui vinculis peccatorum suorum ligatus est et trahit peccata sua sicut funem longum, propter hoc solum quod est episcopus, potestatem huiusmodi habere.* Hec ille.

Ex hiis patet, quod in persona Petri fuit dictum toti ecclesie militanti, non quod quelibet persona huius ecclesie indifferenter habeat illas claves, sed quod tota

a) C D: vel. — b) A nad tím: vel exercet.
c) A nad tím: sc. tantum.
d) Odtud zase v rkp. univ. *praž.* VI F 18.
e) A nadeps.: sacerdocii.
f) A: sc. Quodcunque solveritis etc.
g) A glosa: ministerialiter.

1) v. 9. — 2) Is. 22, 22; Apok. 3, 7.
3) c. 51. Také v Lombardovi l. c. col. 886. — 4) l. c. col. 886. — 5) Kde?
6) Srv. c. 45. XI, 3., kde podobný výrok uveden jako Augustinův.

illa ecclesia secundum singulas eius partes ad hoc habiles habeat illas claves, que sunt spiritualis potestas et noticia sciencie ewangelice. Vnde propter istam potestatem atque noticiam creditur, quod Christus pluraliter nominat istas claves, que sequentibus Christum in moribus sunt collate. Nam dicit Mgr. in IV. dist. 19. circa finem, [1]) quod sacerdos, qui alios ligat et solvit, debet esse discretus et iustus; alioquin mortificat [a]) sepe animas, que non moriuntur, et vivificat, [a]) que non vivunt, et ita incidit in maledicionis iudicium sc. illud Malach. 2: [2]) *Maledicam benediccionibus vestris* et illud Ezech. 13: [3]) *Ve hiis, qui vivificant animas, que non vivunt, et mortificant animas, que non moriuntur.* Et ista habentur in eodem cap. 19. dist.

Quoad istud loquitur bene b. Gregorius in omelia de octava Pasce tractans illud »Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis« etc.: [4]) *Grandis honor, sed grande pondus honoris est istius.* [b]) *Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vite sue, iudex fiat aliene vite. Et plerumque contingit, ut iudicii locum teneat, cui ad locum vita minime sufficiat, ac sepe agitur, ut vel dampnet inmeritos vel alios ipse ligatus absolvat; sepe in solvendis ac ligandis subditis sue voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Vnde fit, ut ipsa ligandi ac solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluptatibus et non subiectorum utilitatibus* [c]) *exercet.* Hec Gregorius.
163[a] Plura vide / ibi consequenter.

De potestate eciam ista ligandi et solvendi Mgr in IV. dist. 18. cap. penultimo dicit: [5]) *Quomodo verum est, quod dicitur »Quodcunque solveritis super terram, erit solutum et in celis, et quodcunque ligaveritis super terram, erit ligatum et in celis?« Aliquando enim ostendunt solutos vel ligatos, qui non sunt apud deum, et pena satisfaccionis vel excommunicacionis interdum indignos ligant vel solvunt et indignos sacramentis admittunt et dignos admitti arcent. Sed intelligendum est hoc in illis,*

a) A nad tím: putative.
b) A: istud, B: istius est honoris.
c) A glosa: alias moribus; vynech.: exercet.

1) l. c. col. 892. — 2) v. 2. — 3) v. 19.
4) *Migne* P. L. 76 col. 1200. — 5) l. c. col. 888.

quorum merita solvi vel ligari postulant. Tunc enim sentencia sacerdotis iudicio dei et tocius curie celestis approbatur vel confirmatur, cum ita ex discrecione prodit, ut reorum merita non contradicant. Quoscunque ergo solvunt vel ligant adhibentes clavem discrecionis reorum meritis, solvuntur vel ligantur in celis sc. apud deum, quia divino iudicio sentencia sacerdotis sic progressa approbatur et confirmatur. Hec Mgr per totum.

Augustinus de verbis domini: [1]) *Cepisti habere fratrem* [a]) *tamquam publicanum;* [b]) *ligas illum in terra, sed ut iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula dirumpit iusticia. Quem ligas,* [c]) inquit, *in terra, solutus est in celo.* Hec ille. Idem [d]) ad clerum Yponensem: [2]) *Quid obest homini, quod ex illa tabula* [e]) *vult eum delere humana ignorancia, si de libro vivencium non eum deleat iniqua consciencia?* Idem ad Secundum Manicheum: [3]) *Senti de Augustino quidquid libet,* [f]) *sola me in oculis dei consciencia non accuset.* Idem in Ps. 37: [4]) *Et si dampnaberis ad tempus ab homine* [g]) *et si dixeris sentenciam proconsulis in Ciprianum:* [h]) *aliud est sella* [i]) *terrena, aliud est tribunal celeste; ab inferiore accipies sentenciam, a superiore coronam.* [j]) Gelasius papa: [5]) *Si iniusta est sentencia, tanto curare eam non debet, quanto apud deum et eius ecclesiam neminem gravare potest iniqua sentencia. Ita ergo ea se absolvi nullatenus desideret, qua se nullatenus perspicit obligari.* [k])

De sentencia ista et excommunicacione plus dixi in dominica post Ascensionem super illo verbo: »Absque sinagogis facient vos,« ubi dixi, quid est excommunicacio et quando ligat.

a) A nad tím: i. e. proximum.
b) A nadeps.: propter excommunicacionem aut ligacionem.
c) C D: solvis. — d) B C D: Aug.
e) A nad tím: terrena. — f) A nad tím: supple tibi.
g) A nadeps.: supple: non nocet.
h) A glosa: in Cipr. illum martirem.
i) A glosa: iudiciaria humana potestas.
j) A glosa: si humiliter sentenciam fers; v C: si humilis sentenciam ferat.
k) D: obligatum. Až potud *praš.* univ. VI F 18.

1) c. 48. XI, 3. — 2) c. 50. XI, 3. — 3) c. 51. XI, 3.
4) c. 53. XI, 3. — 5) c. 46. XI, 3.

2.

In illo tempore respiciens Jesus [a]) **in discipulos suos dixit Symoni.** [1])

Salvator in ewangelio presenti precipit [b]) caritative proximos arguere delinquentes, 2) offensam proximi relaxare, 3) prelatis precipit debite ligare et solvere.

Dicit ergo: **In illo tempore.** Tempus ewangelii ex processu eius colligitur. Nam ante istud ewangelium dixit [c]) Christus, quod bonus pastor gaudet plus de invencione unius ovis errabunde quam de [d]) nonaginta novem, quas dimittens [e]) in deserto vadit et querit erroneam, et subdit: [2]) *Sic non est voluntas ante patrem vestrum, ut depereat unus de pusillis istis.* Nam Luc. 5 dicitur: [3]) *Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente quam super 99 iustis, qui non indigent penitencia.* Volens ergo Christus nos docere, qualiter nos habere debeamus circa oves errabundas, quia ipsas karitative corripere et hinc ad ovile domini reducere, [f]) dicit:

Si peccaverit in te i. e. contra te, tibi iniurias inferendo. Ecce dicit: *argue eum,* alias: corripe, et subiecit causam: *si peccaverit in te.* Ex quo elicitur, quod nullus debet argui, nisi propter peccata, que si non habet, nullus debet corripi, et si corripitur quis sine demerito peccatorum, tunc corripiens peccat. Et sic Pilatus corripuit Christum innocentem a peccatis et dimittere voluit eum.

Frater tuus. Quis autem est [g]) frater noster? Certe omnis homo, ut dicit Augustinus, qui est et proximus noster; specialiter tamen germani fratres sunt ad invicem, qui sunt sine peccatis mortalibus, perseverantes in gracia dei, quorum quilibet

[a]) Hoc addit ecclesia, eciam: dixit Symoni Petro. Et non solum illi dixit, sed cuilibet membro ecclesie, sicut et illud Mat. 16: Tibi, inquit, dabo claves regni celorum, quod secundum Aug. in omel. super Joh. dictum est ecclesie in Petro. — Rkpp. mají tuto glosu Husovu v textu.
[b]) C D: precepit. — [c]) C: dicit. — [d]) A vynech.
[e]) A B D: mittens. — [f]) A: deducere, C D: adducere. — [g]) A: sit.

[1]) Mat. 18, 15—18. — [2]) Mat. 18, 14. — [3]) v. 7.

in spe est frater Christi. Luc. 12 dicit Christus: [1]) *Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est, hic frater meus, mater mea et soror mea est.* Et Joh. 20 dixit Marie Magdalene: [2]) *Vade autem et dic fratribus meis, quia precedam vos in Galileam.* Et apostolus ad Heb. 2: [3]) *Per omnia* inquit *fratribus assimilari voluit.* Qui ergo elacione tumentes [a]) aliorum fratres appellari dedignantur, manifestum de se prestant iudicium, quia non sunt fratres Jesu Christi; qui vero humiliter et in gracia dei existentes subditorum fratres appellari delectantur, illi sunt vere germani / ex uno patre deo et eciam ex uno alvo et 164a
gremio sancte matris ecclesie spiritualiter geniti, qua generacione solum filii dei gignuntur, in una domo et mansione [b]) habitaturi et eandem hereditatem regni celorum eternaliter possessuri. Et talis generacio est in fine prestancior generacione corporali, qua geniti fratres finaliter hii ad regnum celorum, alii ad dampnacionem ituri [c]) sequestrabuntur.

Si ergo frater tuus quicunque, sive christianus sive Judeus sive paganus, **in te peccaverit.** Quod autem paganus sit frater noster, ostendit Christus in Samaritano [4]) ewangelico, qui vulnerato a latronibus ab Jerusalem in Jericho descendenti, sacerdote et levita pretereunte, misericordiam ostendit. Ideo Christus confirmavit illum Samaritanum esse proximum et sic fratrem vulnerati.

Vade et corripe eum. Glosa: Qui non corripit, peccat, sicut qui non indulget, et quia non indulgens peccat contra dei mandatum, ideo [d]) a simili et non corripiens. Nam dicit Augustinus de verbis domini: [5]) *Si neglexeris corrigere, peior eo factus es, qui peccavit.*

Inter te et ipsum solum. Sed dicet [e]) aliquis: Tamen I. Thim. 5 dicitur: [6]) *Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant* — quomodo ergo hic solitarie peccantem dicit arguendum? Solvit hanc obieccionem b. Augustinus de verbis

[a]) C: timentes. — [b]) C: mansione dei. — [c]) A: eternam.
[d]) C D: nemá. — [e]) D: diceret.

[1]) Jest Mat. 12, 50. — [2]) v. 17. volně. — [3]) v. 17.
[4]) Luk. 10, 30 nn. — [5]) *Migne* P. L. 38 col. 508. volně. — [6]) v. 20.

domini serm. X. dicens: [1]) *Si quis distinguit tempora, solvit questionem. Si peccatum occultum est, argue occulte; sin autem manifestum, arguatur manifeste, ut emendetur et ceteri timeant.*

Quia vero in corripiendo peccata argui nolentes dicunt, quod subditi et minores maiores corrigere non debent: ibi dicendum est, quod quicunque vult alium corrigere de peccato aliquo, oportet quod solus sit inmunis ab illo, alias male corripit et inordinate, cum ordinata caritas incipit a se ipso. Et sic Luc. 6 tali cuilibet dicitur: [2]) *Ypocrita, eice primum trabem de oculo tuo et tunc veniens dices fratri tuo: Sine, ut eiciam festucam de oculo tuo.* Si vero arguens est coram hominibus parvus et despectus et est sine peccato mortali et in spe in gracia dei, talis in veritate cum sit magnus coram deo et filius eius adoptivus, est maior quam magnus prelatus manifeste mortaliter peccans, cum talis ut [a]) sic peccans sit filius dyaboli miser et miserabilis, ut patet Apok. 3, [3]) ubi dictum est episcopo cuidam: *Tu dicis, quia dives es et nullius eges et nescis, quia miser et miserabilis es.* Ex quo ergo peccator talis miser est, sequitur ergo, quod sit corripiendus.

Tunc consequenter salvator ponit fructum, qui procedit ex caritativa proximi correpcione, dicens quia **si te audierit, lucratus es** — primo illum perditum peccatis, ipsum deo restituendo, et salutem anime ex ipsius fructuosa conversione. Vnde Jac. 5: [4]) *Qui avertit fratrem ab errore vie sue, lucratus est animam eius et operuit multitudinem peccatorum,* que finaliter in die iudicii non cedent illi ad confusionem.

Si autem non audierit te sc. post monicionem factam peccata relinquendo, **adhibe tecum** cum cautela et discrecione **unum** [b]) sc. fratrem deum timentem, fratris amatorem, **vel duos** similiter veros fratres, non criminis propalatores vel veritatis oppressores, **ut in ore duorum vel trium testium verorum** [c]) contra peccata testancium, non maleficorum, qui

a) A vynech. — b) Rkpp.: alium.
c) A: vel trium stet omne testimonium verum; D: verorum vel veriorum (místo: veridicorum).

1) *Migne* P. L. 38 col. 510 n., cit. volně.
2) v. 42. — 3) v. 17. — 4) v. 20.

peccata soli vellent perpetrare cum illo, super quo testantur, ut patet Dan. 7 de duobus / falsis testibus senibus in malicia in- 164b
veteratis, qui Susannam innoxiam falsa testificacione ipsis in peccato non assencientem condempnare nitebantur.

Stet omne verbum sc. vere depositum et testatum, ut patet Deut. 22.

Quodsi non audierit, dic ecclesie — secundum Jeronimum: i. e. dicendum est multis, quod sic confusus [a]) a peccatis resiliat aut puniatur.

Quodsi ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, cum quibus non sic debes conversari sicut cum fidelibus christianis I. Cor. 5: [1]) *Si quis inter vos frater nominatur et est fornicator, avarus aut maledicus vel ydolis serviens, cum tali nec cibum oportet sumere;* et II. Joh. 1: [2]) *Si quis venit ad vos et non affert hanc doctrinam, illi neque Ave dixeritis nec in domum suscipiatis.*

Amen dico vobis — ecce pluraliter dicit, non uni tantum, sed omnibus meis discipulis et toti ecclesie.

Quecunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in celis. Quia ergo in sermone precedenti habitum est, quomodo disponi debeant, qui alios debent ligare et solvere et qualiter deus solvit et ligat, sacerdos tamquam instrumentum dei ligatum ostendit et solutum. [b]) Et innuitur Mat. 8, ubi Christus leproso mundari petenti et sic dicenti: [3]) *Domine si vis, potes me mundare* dixit: *Volo, mundare* i. e.[c]) mundus sis. Illi ergo a se mundato dixit: *Vade, ostende te sacerdotibus et offer munus tuum, quod precepit Moyses in testimonium illis,* sc. ut illi te per me curatum videntes testimonium perhibeant tue curacioni. Et iterum Luc. 17 Christus decem leprosis dixit: [4]) *Ite, ostendite vos sacerdotibus,* et sequitur: *dum autem irent, mundati sunt.* Ecce quia mundati, antequam sacerdotes adirent! Nam ab illis non sunt mundati, sed a Christo, quorum unus solum demundatum se a Christo cernens [d]) gratitudinem ostendens

a) A: quod confusus, C: quod sic aut confessus, D: quod sic autem confusus. — b) Tak! Anakoluth! — c) Rkpp.: et.
d) C D: solum unus se a Christo mundatum decernens.

1) v. 11. — 2) v. 10. — 3) v. 2—4. — 4) v. 14.

gracias egit, alii vero novem cum sacerdotibus manserunt, a quibus, false tamen, mundari credebant et ad reddendum gloriam deo non sunt reversi.

Item Joh. XI suscitando Lazarum dixit Christus: [1]) *Lazare, veni foras et statim prodiit mortuus ligatus manibus et pedibus;* et sequitur: *solvite illum.* Quem illi non suscitaverunt, sed suscitati a Christo pedes solverunt, in signum suscitacionis eius a Christo, non a discipulis.

Item Luc. 7 dixit Christus Marie Magdalene: [2]) *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* iterum: [3]) *Remittuntur tibi peccata; et ceperunt qui simul discumbebant dicere: Quis est hic, qui peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit.* Quia ergo fidem habuit, speravit et multum dilexit, ideo fides, spes et dileccio ipsam salvam fecit. *Vade in pace* sc. ut pacificeris a peccatis tuis et deinde a murmuracione phariseorum contra me peccata remittentem. Augustinus super illo Luc. 7 Remittuntur ei peccata multa etc. in omelia declarans, quod purus homo non potest dimittere peccata et quod phariseus minus malus fuit credens Christum purum hominem non posse dimittere peccata, quam hereticus dicens se homini dimittere peccata, loquitur isto modo: [4]) *Phariseus melior, quia hominem Christum cum putaret, non credebat ab homine posse dimitti peccata.* 165[a] */ Melior ergo Judeis quam hereticis apparuit intellectus. Judei dixerunt: Quis est hic, qui eciam peccata dimittit? Audet sibi hoc homo usurpare! Quid contra hereticus? Ego dimitto, ego mundo, ego sanctifico. Respondeat illi non ego sed Christus: O homo, quando ego a Judeis putatus sum homo, dimissionem peccatorum a me fieri non putabant. Non ego michi, sed respondet sibi Christus: O heretice, tu cum sis homo, dicis: Veni mulier, ego te salvam faciam? Ego cum putarer homo, dixi: Vade mulier, fides tua te salvam fecit. Respondent nescientes, sicut ait apostolus, neque que locuntur neque de quibus affirmant, respondent et dicunt: Si non dimittunt homines peccata, falsum est, quod ait Christus: Que solveritis in terra, soluta erunt et in celo. Nescitis, quare hoc dictum sit? Daturus erat dominus hominibus spiritum sanctum et ab*

[1]) v. 43 n. — [2]) v. 47. — [3]) v. 48—50.
[4]) *Migne* P. L. 38 col. 600.

ipso spiritu sancto fidelibus dimitti peccata, non meritis hominum volebat intelligi dimitti peccata. Nam quid est homo nisi eger sanandus? Vis michi esse medicus? Mecum quere medicinam. Nam ut hoc evidencius ostenderet dominus, a spiritu sancto, quem donavit discipulis suis, dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait: Accipite spiritum sanctum, continuo subiecit: Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei h. e. spiritus sanctus dimittit, non vos. Hec Augustinus in omelia ubi supra per totum.

Ex quibus verbis b. Augustini elicitur, quod pertinaces heretici sunt, qui dicunt se hominum dimittere posse peccata et eos iustificare, quia peiores sunt Judeis, qui Christum purum hominem credentes dicebant: *Quis est, qui eciam peccata dimittit?* quasi innuere velint, quod purus homo auctoritate propria peccata dimittere non potest.

3.

Fratres, obedite prepositis vestris et subiacete eis. (Heb. XIII).[a])

Apostolus Christi in presenti epistola ostendit, qualiter subditi debent se habere ad prepositos suos, quia debent ipsis obedire, 2) qualiter ipsi prepositi debent diligenter super subditos vigilare et pro ipsis racionem reddere, 3) optat apostolus Christi cum ceteris coapostolis, ut fideles orent pro ipsis, quamvis confidant, quod habeant bonam conscienciam, in omnibus bene volentes conversari; [b]) 4) optat, ut deus pacis aptet voluntatem fidelium ad hoc, ut impleant voluntatem dei sui.

Quantum ad primum dicit: *Obedite prepositis vestris,* ubi glosa: quantum ad precepta, ut sc. faciatis, que per eos precepit ecclesia. Ubi notandum, quod non intendit apostolus, quod subditi debeant in malo culpe obedire. Hoc enim docens vel precipiens doceret vel preciperet contrarium voluntati divine, quod in veritate foret plus non obedire. Nam est racioni contrarium, que semper secundum philosophum deprecatur ad optima, in malo culpe cuiquam obedire. Omne enim malum huiusmodi

[a]) A nadeps.: Sermo de obediencia; in marg.: de correpcione.
[b]) A in marg.: obczowaty.

prohibet deus, scriptura et racio, quo contra dyabolus, error et malus homo abducit in contrarium.

Ex quo trahitur regula, quod quicunque alicui obedit in malo culpe, ille est inobediens. Et hinc dicit b. Bernhardus in quadam epistola: [1]) *Facere malum quolibet eciam iubente constat non esse obedienciam, sed pocius inobedienciam.* Ex isto ultra patet, quod recte vel iuste obedire [a]) est voluntarie et discrete
165[b] submittere / se alterius voluntati. Et nota, quod obedire proprie est actus voluntatis creature racionalis. Et hinc patet, quod omnis creatura racionalis ante omnia debet deo humiliter obedire. Et ulterius patet, quod omnis virtus moralis presupponit obedienciam vel est ipsa [b]) obediencia vel consequitur ad ipsam.

Sciendum autem, quod triplex est obediencia humana [c]) sc. spiritualis, secularis et ecclesiastica.[2]) Spiritualis, que est pure secundum legem dei debita, sub quali vixerunt Christus et apostoli et debent vivere singuli christiani. Obediencia secularis est obediencia debita secundum leges civiles, obediencia ecclesiastica est obediencia secundum adinvenciones sacerdotum ecclesie preter auctoritatem expressam scripture.

Prima obediencia excludit semper [d]) malum, tam ex parte precipientis quam ex parte obedientis. Qui enim iuxta scripturam precipit et qui obedit iuxta primam obedienciam, recte procedit. Vnde quoad hoc dicitur Deut. 24:[3]) *Facies quecunque docuerint te sacerdotes levitici iuxta illud quod precepi eis.* Ubi dominus obedienciario ostendit, quod solum debet obedire sacerdotibus iuxta preceptum suum. Et hinc dominus Mat. 23 dicit: [4]) *Supra kathedram Moysi sederunt scribe et pharisei, quecunque dicunt vobis,* sc. de lege Moysi, *facite, secundum eorum opera nolite facere.* Item I. Reg. 15: [5]) *Numquid vult dominus holocausta et victimas et non pocius ut obediatur ei?* Et I. Pet. 2 dicitur: [6]) *Servi subditi estote in omni timore dominis*

a) A in marg.: Quid sit obedire. — b) C D: met ipsa.
c) A in marg.: Obediencia triplex.
d) C D: semper excludit de se malum.

1) Ad Adam monachum. — *Migne* P. L. 182 col. 95.
2) *Viklef,* De officio regis, Pollard-Sayle str. 102.
3) v. 8. — 4) v. 2. — 5) v. 22. — 6) v. 18.

non tantum bonis et modestis, sed eciam dyscolis. Sed caveat ypocrita, ne inferat, quod servi sint subditi dominis in discoliis. Hoc enim esset contra illud dictum domini: *Secundum opera eorum nolite facere.* Et in presenti epistola dicitur: [1]) *Obedite prepositis vestris et subiacete eis,* ubi glosa ordinaria: [2]) i. e. reverenciam exhibeatis; obediendum est utique prelatis et predicatoribus, in quantum doctrina et mores illorum sancte et pie existunt, si autem a via rectitudinis deviaverint, non faciamus qualia agunt, sed qualia dicunt, nisi forte in doctrina aberrent. Vnde dominus ait: Que dicunt facite, que autem faciunt, nolite facere. Hec glosa.

Crisostomus serm. 34. super ad Heb. super textu illo »Obedite prepositis vestris« querit sic: [3]) *Quid ergo dicit aliquis: Dum prepositus malus extiterit, num* [a]) *obediemus maligno? Qualiter dicis? Si quidem in causa fidei, fuge illum et evita, non solum si fuerit homo, sed eciam si angelus de celo descenderit.* Hec Crisostomus.

Gregorius (et habetur XI. q. 3): [4]) *Sciendum* [b]) *tamen est nunquam per obedienciam malum debere fieri, aliquando autem debet per obedienciam bonum quod agitur intermitti.* Ysyodorus (et habetur XI. q. 3): [5]) *Si is, qui preest, fecerit quidquam, quod a domino prohibitum est, aut facere iusserit vel quod scriptum est preterierit aut preterire mandaverit, sancti Pauli sentencia ingerenda est sibi dicentis: Eciamsi nos vel angelus descenderit de celo et evangelizaverit vobis, preterquam quod evangelizamus, anathema sit.* Et sequitur: *Si quis prohibet vobis, quod a domino preceptum est, vel rursus imperat fieri, quod dominus fieri prohibet, execrabilis sit omnibus, qui diligunt dominum.* Et sequitur: *Is qui preest si preter voluntatem dei vel preter quod in scripturis sanctis evidenter precipitur, dicit aliquid vel imperat, tamquam falsus testis dei vel sacrilegus habeatur.*

a) A nad tím: numquid.
b) A vynech. Sciendum ... q. 3.

1) Žid. 13, 17. — 2) *Migne* P. L. 114 col. 670 není.
3) Opp. Chrys. vyd. Frankf. N. T. VI col. 971.
4) c. 99 Quid ergo mirum. — 5) c. 101.

Item in can. 22. dist. [1]) de Constantinopolitana ecclesia,
166a quam dicit esse / subiectam sedi apostolice: *Si tamen,* inquit, *quid boni vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego et minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, ut bona que viderit discere contemnat,* quia, ut docetur [a]) 38. dist., [2]) *nullus episcopus propter obprobrium senectutis vel nobilitatem generis a parvulis vel minimis eruditis, si quid forte est utilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter vivit et discere atque agere bona recusat, magis dyaboli quam Christi membrum ostenditur esse.* [b])

Ex iam dictis colligitur, quod subditus [3]) debet obedire affirmative [c]) mandatis prepositi, de quanto precipit voluntatem dei; nam deo debet precise obedire ad tantum, quomodo ergo obediretur homini plus quam deo?

Obediendum itaque est homini negative et ita secundum aliam racionem quam obediretur immediate deo, non tamen multiplicius quam deo, cum omnis obediencia debet referri ad deum. Nec umquam debet obediri homini negative, nisi quando cognoscitur, quod deus vult oppositum mandato hominis. Tunc enim cognoscitur, quod deus mandat in eo oppositum, et cum unum oppositorum dicat reliquum, ipse dicit indirecte, quod pareatur deo in eius opposito, et sic non est obediendum homini contra voluntatem dei. Quodsi debeat obediri, oportet ut deus velit, ut sic obediatur.

Et si queratur, quid valeat preceptum hominis vel obediencia sibi facta, dicitur quod multum per omnia, cum sapientis scientis voluntatem dei sit illam precipere et minus sapientis sit credere et preceptum obedienter perficere. Quodsi stultus ex superbia luciferina mandat voluntati dei contrarium, racio magni meriti est sibi [d]) resistere. Et ita pseudochristi per accidens prosunt ecclesie, cum difficultant membra Christi ad faciendum eius voluntatem, cuius complecio est eo meritorior, et racione resistencie insurgit novum meritum resistenti.

a) A glosa: per b. Clementem.
b) Až potud v rkp. univ. praž. III G 16.
c) Rkpp.: affirmativis. — d) C D: prudenter sibi.

1) c. 4. — 2) c. 16. — 3) *Viklef,* De officio regis str. 234.

Et patet, quomodo hii qui presunt debent attendere doctrinam Jac. 1 [1]), quod sint tardi ad loquendum, specialiter ad imperandum in neutris, nisi desuper haberent revelacionem vel specialem noticiam, quia aliter nescirent, si deus velit contrarium. Et hinc videtur, quod ex nimia multiplicacione prelatorum et prepositorum inprudencium et novellarum religionum precipiencium [a]) novitates perturbatur Christi ecclesia, cum tam illi quam ille religiones sepe mandando a consiliis et preceptis Christi exhorbitant et hinc multiplicantur mendacia prepositorum et eorum preconum dicencium, quod est taliter faciendum, et denunccianciun rebellantem eis excommunicatum tamquam hostem ecclesie puniendum. Causa autem omnium istorum est, quia receditur a religione domini nostri Jesu Christi, cesaris novitatibus intendendo. Non enim debet quis precipere sed neque simpliciter consulere, nisi quod sciret vel minime speraret esse de voluntate dei. Sed dominantes in clero faciunt hanc doctrinam corruere, machinantes multa media blasfema, quibus zophisticent dogma suum; ut hii dicunt: Aliter periret status ecclesie; hii autem blasfemius, quod secundum leges eorum et execuciones quandoque iniuste faciende sunt, ut subditi terreantur; et hii, quod hec culpa solum cadit in prepositos, sed maius / 166b
meritum in subiectis — nam subiecti sepe contrariantur voluntati divine, quod omnimode sapit culpam subiecti. Eciam exinde plus timent hominem propter eius penam inflictam contradicentibus, quam timent dominum penam infligentem insensibilem et remotam.

Sed si talis titubans infidelitas continue infuisset martiribus, quomodo ex eorum aggressu tantum viguisset ecclesia? Licet enim persecucio ista a preterita sit periculosior, ut patet Mat. 24 [2]), eo quod est dolo subtilior, tamen ex fide scripture est pio christiano doctrina sufficiens ad declinandum et destruendum hos errores. Nam si cecus prepositus ceco subdito ducatum

a) V A psáno: precipicium.

1) v. 19. — 2) v. 21.

prestiterit[1]) ad agendum contra divinam voluntatem, cum deus vult generaliter, quod homo faciat deo placencius et sibi [a]) utilius, ad tantum posset subditus esse in peccati fovea profundatus, quod faciat omnino deo displicens et sibi inutile. Vnde ad hoc dedit deus homini scripturam voluntatis sue, ut contemptis tradicionibus hominum scripture contrariis secundum ipsam scripturam eligat pociora. Et sic perversa ecclesia ab unitate capitis in multitudinem capitum, a privilegio in privilegium et omnino ab obediencia in obedienciam necesse est ipsam ire in precipicium. Omnis enim creatura eciam pseudochristi dicit michi naturaliter et per consequens proprie, quod deo est super omnia obediendum et infinitum plus quam ipsi pseudochristo, qui dicit michi innaturaliter et inproprie, quod debeo ad mandatum suum facere divine voluntati contrarium, et tamen obaudiens muteo quoad illud, quod deus in ipso loquitur, et obedio mandato, quod in ipso lucifer loquitur, et ideo non mirum, si religio ex defectu vere obediencie sit eversa.

Sed contra: Non obediens pape, archiepiscopo vel alteri suo preposito excommunicatur, sicut ego iam excommunicor, et cum omnis excommunicacio sit timenda, eciamsi sit iniusta, ut dicit Gregorius in omelia de octava Phasce[2]) — igitur propter excommunicacionem vitandam est omnino pape, archiepiscopo vel alteri preposito obediendum.

Ad hoc dixi alibi[3]) et adhuc dico, quod excommunicacio est timenda[4]) et principaliter illi qui excommunicat, ne se ipsum inficiat; excommunicatus eciam habens rectam consciencium timebit, ne excommunicacio noceat proximo insonti[b]) et sic post error excommunicacionis late noceat ecclesie militanti; non tamen timebit vel cessabit a bono opere propter[c]) excommunicacionem huiusmodi, sed pocius ad intelligendum [a]) excommunicacionis maliciam acuetur. Et ad regulandum consciencium excommunicati est fides scripture infinitum utilior quam potestas vel affeccio vel pura[b]) prudencia talis excommunicantis. Vnde inter alias versucias, quas sibi usurpant vicarii patris mendacii[1]), hec est una, quod plus vel tantum credatur sue excommunicacioni sicut sripture fidei, cum evidencius sit subdito humili, quod prepositus iniuste excommunicans excommunicat se ipsum, quia non allegat pro se dominum Jesum Christum. Amen.

a) C D: sibi ipsi. — b) C: inserenti, D: inferenti.
c) A: per.

1) Mat. 15, 14. — 2) c. 1. XI, 3.
3) Srv. Lekturu IV, 18 a zde kázání 5. str. 157*.
4) *Viklef*, De officio regis str. 234.

4.

Cum descendisset Jesus de monte. (Mat. 9, Luc. 5, Mar. 1). 167a

In presenti ewangelio ostenditur divinitas et humanitas Christi; divinitas, quia dixit verbo et sanatus est leprosus, cum hoc nullus purus homo propria manu potest efficere, nisi virtute divinitatis hoc principaliter fiat; 2) ostenditur humanitas Christi, quia descendens de monte ambulabat et docebat salutem nostram desiderando.

Ex parte illius divinitatis notatur potencia, sapiencia et benivolencia, que omnia in curacione huius leprosi sunt ostensa, quem sapienter, potenter et benivolenter mundando curavit. Et quia plenaria misericordia ibi non fuisset, nisi humanitas apparens ibi divinitati suppositaliter unita esset domini Jesu Christi, unde apostolus ad Titum: [2]) *Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei* et subdit: [3]) *non ex operibus iusticie, que fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit,* ex humanitate emanantem: ergo fuit et ibi humanitas Jesu Christi. Quam misericordiam ostendit Christus in leproso mundato et servo centurionis curato et sanato.

Dicit ergo: **Cum descendisset Jesus de monte,** secundum Jeronimum sc. Thabor, in quo sermonem Christus de

a) C D: mitigandum. — b) C D nemá.

1) Jan 8, 44. — 2) Tit. 2, 11. — 3) Tit. 3, 5.

beatitudinibus predicavit, **sequebantur eum turbe,** que non ascenderant. T u r b e autem diverse et diversa intencione Christum sequebantur: quidam ut curentur, qui fuerunt infirmi, alii ut sacientur ab eo, alii ut miracula videant, qui fuerunt curiosi et gens adultera [1]), alii ut detraccionis sue occasionem accipiant in verbis vel factis eius et tales frequenter fuerunt scribe et pharisei, ultimo boni qui sequebantur eum, ut discant et sic ut boni fiant, que diversitas adhuc est inter eos, qui visitant predicaciones.

Ecce leprosus, qui erat exspectans sub monte, **veniens** — Mat. dicit genu flexo reverenter — hic discant tamquam alteri bubones (*wyrowe*), ut coram domino deo suo genua flectant ex humilitate, quod tamen non faciunt multi, qui plus dominos terrenos genuflexione quam deum venerantur. **Adorabat** — non simpliciter petebat ut ab artifice medicinam, sed adorabat ut deum, ut dicit Crisostomus. Et hec adoracio latrie soli deo debetur.

Dicens: **Domine, si vis potes** q. d. credo, quia quod bonum est vis, sed nescio si est michi bonum — potes. Ubi docemur et nos, ut principaliter voluntatem dei in omni infirmitate nostra preponamus, si est pro salute anime nostre et nobis bonum, ut sanemur. Et dicit *domine* sine additamento, innuens ipsum esse dominum tocius mundi, regem regum et dominum dominancium, quod nulli simpliciter dici competit, sed cum additamento diminuente dominum, ut unus dominus vel rex Boemie, alter Hungarie dicitur, Christus vero simpliciter dominus.

Vnde leprosus iste in corpore significat m o r t a l i t e r p e c c a n t e m. Et bene hoc patet ex interpretacione huius nominis. Nam boemice dicitur m a l o m o c z n y quasi modicum potens, teutonice vero a u s s e c z i g i. e. extra communitatem positus. Primum patet de peccatore mortali, quia talis modicum ymo nichil potest ex se operari deo gratanter, cum iam peccato et sic dyabolo se subiugavit in servitutem, ut dicit Christus: [2]) *Qui facit peccatum, servus est peccati* et Petrus apostolus: [3]) *A quo quis superatus est, illius servus est.*

Ex quo patet, quod omnes pro fornicacione instantes servi

[1]) Mat. 12, 39. — [2]) Jan 8, 14. — [3]) II. Pet. 2, 19.

sunt Azmodei dyaboli; nam servitutem suam sibi soli in cantilenis profitentur dicentes:

Protos sluzim twe / mylosty. 167b

Si ergo servit amasie sue, qualiter servit ei, nisi ut diligat eum? Et quare vult diligi ab ea? Certe ut ei consenciat in luxuria. Ecce finis servicii luxuria et per consequens Azmodeus, qui dicitur princeps fornicarionum.

Item talis modicum potest, quia nec panem quem comedit, qui panis est dei, potest digne comedere, cum sit inimicus Christi, a quo recedens dyabolo est confederatus, ut impleatur illud propheticum: [1]) *Qui edebat panes meos, magnificavit super me subplantacionem.*

Eciam iuxta theutonicam interpretacionem talis leprosus in anima est extra positus, quia extra communionem sanctorum hic militancium, cum quibus in omnibus sanctis operibus, oracionibus et elemosinis etc. participabat, est eiectus et abscisus per mala opera et sic a deo divisus iniquitate, qui finaliter in tenebras exteriores eterni luctus eicietur. Illi ergo omnes in veritate c o r a m d e o c u m s i n t e x c o m m u n i c a t i, n o n t a m e n a s a c e r d o t i b u s m a n i f e s t a t i. A d u l t e r i f o v e n t u r et p i e t r a c t a n t u r et m e m b r a v i v a e i u s d e m s a n c t e m a t r i s p e r e o s d e m p r e c i d u n t u r, quia cum leprosi in corpore oculis corporeis lepra videtur a nobis, fugimus illos, ne coinquinemur: quanto magis fugere debemus illos, qui sunt infecti lepra peccati mortalis in anima, quia tales cum sint membra infecta diaboli, finaliter a membris Jesu Christi filiis eicientur, qui tamen nunc latent inter illos.

Quomodo autem excommunicantur tales coram deo? Sic certe quia cum erant sine mortali peccato, erant in gracia dei et de numero electorum dei, cum quibus oracionibus et omnibus bonis participabant, iam vero per peccatum mortale sunt ab illis eiecti totaliter. Et ergo si homo timeret lepram corporalem, ne eiciatur a communitate, multo magis timere debet lepram peccati mortalis, ne finaliter a communitate omnium sanctorum coram toto mundo eiectus in tenebras mittatur exteriores.

[1]) Ž. 40, 10.

O si saperent tales mortaliter peccantes, quod milesies plus deberent eligere lepram fedissimam in corpore quam uno peccato fedari in anima mortali, nunquam tantum ad ea anhelarent! Quid autem talis quilibet facere debeat, ostenditur in ewangelio: primo genu flexo in humilitate adoret deum, superbiam abiciendo, que currit circa omnia peccata mortalia. Nam si quis luxuriatur, transcendit mandatum domini dei et sic est superbus, quia deo suo non obedivit. Iterum talis luxuriosus est accidiosus, quia opus dei obmittit et servicium, servicio dyaboli se submittens. Talis eciam est iratus, si non prosperatur ei in luxurie perpetracione, quia eciam iniquitatem diligens anime sue irascendo odit ipsam, et sic de aliis peccatis mortalibus, quorum omnium est transgressor.

Item talis est transgressor decalogi: Primo quia a deo suo recedens ad Azmodeum, cui confederatus obedivit, deos alienos habuit. Secundo talis nomen dei sui in vanum recipit, cum a christianitate recedit et sic a Christo false dicitur christianus, quem tamen minime imitatur. Tercio eciam diem sabbati non sanctificat, ymmo opere suo malefico quantum in eo fuit execravit. Quarto patrem suum deum et matrem suam ecclesiam sanctam non honoravit, sed scelere toti trinitati displicenti dehonestavit. Quinto talis est occisor primum sui ipsius in anima et deinde amasie sue, quia fornicans quasi forme i. e. anime necator dicitur. Sexto actualiter
168[a] est fornicatus. Septimo furatus est animam suam / et amasie sue deo suo, ipsam pro peccato luxurie gratis dyabolo venumdans. Octavo talis contra proximum falsum testimonium dicit, ymmo et contra deum, cuius imitatorem se ficto nomine christianum vocavit, quem tamen operibus in toto negavit. Nono talis non solum proximi sui quia dei vel alterius virginem vel coniugatam concupiscebat, sed eam actualiter subreptam coinquinando maculavit, et sic finaliter rem quia uxorem proximi sui concupiscens ipsi maius nocumentum coram deo fecit, quam quod eidem omnes vaccas abstulisset.

Talis ergo si vult curari, genu flectat non corporale tantum, quia illud forte coram lictore flecteret compulsus, sed genuflexus ex humilitate, quod prius flectebat Azmodeo, et petat veniam habens intencionem firmam non recidivandi amplius in eternum. Que penitencia si non habetur a penitente, quam

Christus dedit mulieri adultere dicens: [1]) *Vade et amplius noli peccare,* eius penitencia est frustra. Nam dicit Gregorius: [2]) *Inanis est penitencia, quam sequens coinquinat culpa.* Iam ergo firmam voluntatem habeat non peccandi. Nam voluntas est in homine tamquam regina et racio consiliarius, qui semper ad optima deprecatur. Si ergo regina voluntas obedit racioni consiliario, finaliter non confundetur. Que si fuerit depravata, dicat cum isto leproso deo: [3]) *Domine si vis, potes me mundare.* Cui Christus ex humilitate sic dicet: *Volo mundare* i. e. munderis.

Vnde Augustinus ostendens, quod nullus potest sine adiutorio dei non solum alium, sed nec se iustificare, dicit ibidem: [4]) *Facilius est mundum creare quam impium iustificare.* Quia vero nullus homo purus potest creare mundum, quia tunc oporteret, quod se ipsum prius creasset et sic nichil fuisset, ex quo hoc nullus facere potest, nec propria auctoritate se ipsum iustificare potest. Quod autem mundum creare sit facilius, patet sic: quia in creacione mundi nichil obstabat nec aliqua erat resistencia, quia *ipse dixit et facta sunt* [5]), in iustificacione vero impii est resistencia, quia impius deum suum peccatis impugnans eidem contrariatur et sua prava dissentit voluntate. Nos vero primum in iustificacione nostra dei voluntatem preponamus et deinde nostram voluntatem eidem conformemus divine voluntati, firmam intencionem non recidivandi statuentes, et tunc merito curabimur a Christo, qui suam voluntatem nostre voluntati conformans dicet: [6]) *Volo,* sc. unanimiter tecum, *mundare* i. e. sis mundus in anima a lepra peccati mortalis.

Ut autem de illa curacione spiritualis emundacionis et remissionis intelligamus, est sciendum, quod primo deus per se primo superexcellentissime et auctoritative habet potenciam dimittendi peccata, secundo Christus ut homo suppositaliter divinitati unitus habet subauctoritativam [a]) potenciam dimittendi peccata, tercio passio Christi meritorie, quia Christus per passionem suam meruit remissionem omnium pecca-

[a]) Rkpp.: superauctoritativam.

---

[1]) Jan 8, 11. — [2]) Kde? — [3]) Luk. 5, 12 n.
[4]) *Migne* P. L. 35 nenalézám. — [5]) Ž. 32, 9. — [6]) Luk. 5, 13.

torum nostrorum; quarto et ultimo sacerdos solvit et dimittit tamquam instrumentum. Vnde in simili sicut in seccione vel alia accione corporali tria sunt concurrencia: primum est homo secans, 2) manus eius, 3) securis, sic eciam est hic, ut dictum est. Nam sacerdos confitenti dicere debet: Ecce si doles de peccatis cordintime et non vis recidivare, sed firmam habes spem ad deum cum proposito emendandi, ego nuncio tibi peccatorum tuorum remissionem, tibi in-
168b quam sincere dolenti, tibi sincere speranti, / tibi totaliter sine ullius minimi peccati palliacione confitenti. Vnde Augustinus et similiter Mgr Sent. lib. IV. [1]) exponit illud verbum »Quorum remiseritis peccata« i. e. remissa nuncciaveritis, »remittuntur eis« a Christo, »et quorum retinueritis« i. e. retenta nuncciaveritis, »retenta sunt eis«. Nos ergo in curacione nostre spiritualis lepre ad deum principaliter [et eius] superexcellentem dimissionem fugiamus, deinde ad Christum et eius passionem, qua nostram meruit curacionem, et consequenter ad sacerdotem ydoneum tamquam Christi instrumentum, ut ille auctoritate dei per meritum passionis Christi nostrorum nobis peccatorum nuncciet remissionem. Amen.

5.

Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. [2])

Quia apostoli erant ad tempus desolandi, contristandi, ignari et timidi, propterea salvator, ne estimarent se remanere desolatos continue, dixit quod veniat ad eos paraclitus et per consequens quod non erunt desolati; 2) quia erant contristati, ideo dixit quod veniet paraclitus i. e. consolator in adversis; 3) quia erant ignari, ideo dixit quod veniet eis spiritus veritatis, qui eos docebit omnem veritatem; 4) quia erant timidi, ideo dixit quod ille testimonium perhibebit sc. per eos sine timore et per consequens ipsi de domino Jesu Christo. Unde sequitur: [3]) *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab inicio mecum estis.*

[1]) dist. 18. *Migne* P. L. 192 col. 886 n. — [2]) Jan 15, 26. — [3]) v. 27.

Et notanter dixit salvator prius: *Ipse testimonium perhibebit de me* et demum subiunxit: *Et vos testimonium perhibebitis.* Ubi innuit, quod spiritus s. est principalissimus testis cuiuslibet veritatis et demum apostoli, qui de Jesu Christo domino sunt testati.

Notanter eciam salvator tres personas divinitatis implicat, sc. personam spiritus sancti, cum dicit: *paraclitus;* personam sui, cum dicit: *quem ego mittam;* personam patris, cum dicit: *qui a patre procedit,* ad innuendum quod pater dabit discipulis [a]) potenciam, sed filius sapienciam et spiritus s. benivolenciam ad perhibendum testimonium veritatis. Unde ipsi apostoli fuerunt fortes, sapientes et benivoli perhibentes testimonium veritati.

Perhibuerunt autem apostoli testimonium de Christo, de se et de proximo, qualiter quilibet fidelis christianus debet perhibere. Sed heu nunc falsi christiani perhibent testimonium falsitatis adversus Christum, ut sunt mendaces falsi testes pagani, Judei et heretici, ita quod nunc potest dicere dolenter ecclesia illud Mat. 27: [1]) *Non audis, quanta dicunt adversum te testimonia?* Omnis enim mendax perniciosus falsus testis et sic de aliis similibus dicit cum dyabolo mendace [2]) primo testimonium contra Christum. Unde illis eciam dicit Christus Malach. 3: [3]) *Accedam ad vos in iudicio et ero testis velox maleficis, adulteris et periuris.*

O quantum habundat nunc terra illis mendacibus, qui menciuntur se esse quales non sunt! Dicunt enim se esse veros christianos et non sunt, sed sunt pseudochristi, de quibus loquitur testimonium perhibens ipse Christus Mat. 24: [4]) *Surgent* inquit *pseudochristi.* Unde bene dicit ad hoc Ambrosius: [5]) *Mendacium est christianum se dicere et opera Christi non facere, mendacium est sacerdotem vel clericum se confiteri et contrarium huic ordini operari.* Et quoad hoc sonat dictum

[a]) C D E: apostolis.

[1]) v. 13. — [2]) Jan 8, 44. — [3]) v. 5. — [4]) v. 24.
[5]) V *Migne* P. L. 15 nenalézám.

s. Cipriani in libro de duodecim abusionibus: [1]) *Frustra* inquit *christianitatis nomen sortitur, qui Christum in moribus non imitatur.*

In illo ergo spiritus s. solum perhibet testimonium veritatis de Christo, qui vere credens in deum in moribus imitatur Christum. Unde dicit [a]) Christus: **Vos testimonium perhibebitis, quia ab inicio mecum estis.**

169[a] Debent autem christiani perhibere testimonium / de Christo, quia ipse est verus deus et verus homo, et quia est potentissimus ad protegendum bonos et puniendum malos, et quia in die iudicii erit terribilissimus malis et delectabilissimus bonis, et quia est piissimus bonis et crudelissimus malis, permittendo eos [b]) eternaliter pena intolerabili puniri. Unde quilibet christianus ab inicio sue christianitatis incipiens esse cum Christo, debet in habitu, dum est puer, et in actu, dum est racione utens, confiteri mente, verbo et opere vitam domini Jesu Christi.

Et per consequens debet homo perhibere mente testimonium sibimet coram deo, sed apud sacerdotem in confessione et apud proximos in sancta conversacione, quia tunc homini perhibet [c]) testimonium sua consciencia Rom. 2: [2]) *Testimonium reddente illis consciencia eorum,* 2) propria opera Joh. 10: [3]) *Opera que ego facio, illa perhibent testimonium de me,* 3) hominum fama I. Thim. 3: [4]) *Oportet episcopum testimonium habere bonum ab hiis, qui foris sunt,* 4) divina sciencia Job 16: [5]) *Ecce in celo testis meus.* Istud testimonium est efficacissimum, deinde consciencie, 3. operum, 4. hominum, quod potest esse falsum. Vere ergo dicit veritas veris christianis: *Vos testimonium perhibebitis, quia ab inicio mecum estis,* sc. in gracia nunc per devocionem in terris et per contemplacionem in celis, ut sitis per glorificacionem in gaudiis eternis.

Paraclitus ergo ille principaliter testimonium perhibet de

[a]) C D: quoad hoc dicit. — [b]) C D: ipsos. — [c]) C: perhibebit.

[1]) *Migne* P. L. 4 col. 876: christianus enim nemo recte dicitur, nisi qui Christo moribus coaequatur.

[2]) Řím. 2, 15. — [3]) v. 25. — [4]) v. 2. — [5]) v. 19.

Christo, deinde fideles, qui iuvantur ab ipso paraclito, ut non scandalizentur. Et hinc sequitur: [1])

Hec locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos, sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis, quia non noverunt patrem neque me.

Duas penas posuit salvator, sc. excommunicacionem et interfeccionem, sed terciam obmisit, que ambas precedit, quasi notam [per] se, sc. diffamacionem. Nam primo fidelis Christi testis diffimatur, 2) excommunicatur, 3) interficitur, ut patet de apostolis et de Christo teste dei fidelissimo.

Notandum hic, quod absque synagogis effici est extra synagogam proici et sic excommunicari. Unde excommunicacio [a]) est extra communionem ecclesie separacio (XI. q. 3 Nichil et cap. Canonica [2]), 27. q. 1 Viduas [3]), 24. q. 3 Cum sacerdos. [4]) Excommunicacio autem est duplex sc. occulta et manifesta. Occulta, qua homo propter peccatum occultum mortale separatur a Christi corpore ab ipso deo, qui tradit [b]) peccatorem dyabolo, relinquens domum eius vacuam a gracia. Manifesta, cum peccatum est manifestum ecclesie et peccator per sacerdotem ab ecclesia pellitur, ut notatus ab hominibus erubescat et iuxta apostolum I. Cor. 5 [5]) salvus fiat. Et de ista est maxima praxis nunc in clero.

Et ista secunda sc. manifesta si debet esse iusta, tunc oportet quod semper presupponat primam, quia non potest hominem sacerdos separare a Christi corpore, [c]) nisi eum deus prius separet propter crimen. Unde Origenes super Lev. om. 48 dicit: [6]) *Interdum fit, ut aliquis non recto iudicio eorum, qui presunt ecclesie, depellatur et foras mittatur, sed si non exierit ante, h. e. si non egerit, ut mereretur exire, nichil*

[a]) A in marg.: »*Excommunicacio* quid sit et quotuplex sit.« Odtud počínajíc jest také v F.

[b]) F: facit et tradit. — [c]) C E: corpore mistico.

[1]) Jan 16, 1—3. — [2]) c. 33. a 107. — [3]) c. 7. De viduis.

[4]) c. 14. Tam sacerdotes. — [5]) v. 5.

[6]) Citováno z *Lombarda* l. c. col. 888.

leditur in eo, quod sc. non recto iudicio videtur ab hominibus expulsus, et ita fit, ut ille qui interdum foras mittitur, intus sit,
169b *et ille foris sit, qui intus retineri videtur.* Hec Origenes. /

Et veritas dicti illius primo capit veritatem in capite nostro domino Jesu Christo[a]), qui fuit excommunicatus et tamen non fuit a corpore suo mistico separatus, pontifices vero excommunicantes fuerunt separati. Et hinc dixit eis: [1]) *Vos ex patre dyabolo estis.* Et patet eciam de aliis multis; nam Joh. 9 dicitur: [2]) *Iam enim conspiraverant, ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret.*

Patet ulterius ex istis, quod non debet quis excommunicari nisi propter peccatum mortale, eo quod nullus a deo excommunicatur i. e. separatur a corpore Christi mistico, quod est ecclesia, nisi per [b]) peccatum mortale — ergo nec ab homine debet excommunicari, nisi subsit crimen, quod est causa excommunicacionis. Patet istud XI. q. 3, ubi dicitur: [3]) *Nemo episcoporum quomodolibet sine certa et manifesta peccati causa a communione privet ecclesiastica sub anathemate aut sine consciencia archiepiscopi,* et subditur causa, cum dicitur, quod *anathema eterne est mortis dampnacio et nonnisi pro mortali inponi debet crimine et illi qui aliter non potuerit corrigi.* Ad idem est s. Thomas II—II.

Ex istis ulterius habetur, quod omnis impius sive peccator mortalis est excommunicatus i. e. a corpore Christi mistico pro tunc separatus. Unde 24. q. 3 dicitur: [4]) *Omnis impius etsi non ab ecclesia, tamen a deo separatus est.* Item XI. q. 3 Omnis. [5]) Et pro isto dicit psalmista [6]): *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Ista autem excommunicacio patebit in die iudicii, quia tunc rex separabit oves ab edis et zyzaniam a tritico et dicet: [7]) *Ite maledicti in ignem eternum.* O stupenda separacio a deo, a tota sancta ecclesia et ab eterno gaudio! O gravis maledicciо! Quomodo impii sustinebunt malediccionem illius summi pontificis, cum dicet: *Ite maledicti in ignem eternum!*

a) A vynech: domino J. Christo. — b) F: propter.

1) Jan 8, 44. — 2) v. 22. — 3) c. 41.
4) Causa XXIV. toho nemá; myšlenka jest v can. 9 (Certum est).
5) c. 32. — 6) Ž. 118, 21. — 7) Mat. 25, 41.

Notandum eciam[a]), quod excommunicacio debet esse medicinalis. Unde Augustinus omelia de penitencia et habetur 2. q. 1 Multi: [1]) *Excommunicacio non debet esse mortalis, sed medicinalis,* quod intelligendum est de excommunicacione ecclesie militantis. Et hoc innuit apostolus I. Cor. 5, ubi dicit talem tradere in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat. [2]) Ad hoc ergo excommunicacio inventa est, ut unum membrum putridum alia non inficiat et una ovis totum gregem, et ut tale membrum se abiectum ab ecclesia [b]) considerans non pereat sed salvetur. Istud videtur innuere salvator Mat. 18, ubi dicit: [3]) *Si manus tua vel pes tuus scandalisat te, abscide eum et proice abs te.*

Ex isto ulterius patet, [c]) quod sicut homo et suum totum corpus timet, ne membrum eius abscindatur vel in abscindendo sanum membrum ledatur vel abscindatur: sic prelatus vel communitas debet timere, ne aliquis separetur ab ecclesia et ne aliquis per illam excommunicacionem sive separacionem ledatur. Magna enim est pena, dum membrum abscinditur, unde nulla est maior pena quam excommunicacio (24. q. 3 Corripiantur). [4])

Ista pensans b. Gregorius in omelia de octava Pasche dicit: [5]) *Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel ligare. Is autem, / qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste* 170a
nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumida [d]) *reprehensionis superbia culpa que non erat fiat.*

Debet ergo pastor timere, ne iniuste excommunicet, quod potest contingere 1) si propter lucrum temporale principaliter, 2) propter honorem proprium, 3) propter iniuriam seu vindictam propriam, 4) ex errore, 5) ex intencione excommunicet innocentem. Unde contingit, quod asserens alium [e]) excommunicatum se ipsum excommunicat et non illum. Patet de principibus sacer-

a) A D: est. — b) C D F: a communitate. — c) C E: habetur.
d) C F: timida; *Migne:* timidae. — e) C D: alium esse.

1) c. 18, ale toho výroku tam není. — 2) I. Kor. 5. 5.
3) v. 8. — 4) c. 17. — 5) *Migne,* P. L. 76 col. 1201.

dotum, qui Christum excommunicatum asseruerunt et omnes ipsum Christum confitentes, [1]) quia ipsi ut sic fuerunt excommunicati. Hee sunt cause, quare excommunicans debet caute excommunicare et timere, ne iniuste excommunicet.

Excommunicatus autem iustus, qui in veritate non est excommunicatus, cum non sit a Christi corpore mistico per crimen separatus, debet, ut ait Gregorius in dicto iam allegato, timere ligari sive excommunicari 1) propter hoc, ne prelatus iniuste excommunicet modis supra dictis et sic sibimet noceat, 2) debet timere, ne ipse sit inpaciens et sic in superbiam prorumpat, 3) debet timere, ne proximi scandalisentur. [a]) Sed non debet timere, dum scit se esse iustum, quod illa excommunicacio ipsum in anima dampnificet, sed magis confidere, quod beatificet iuxta verbum salvatoris Mat. 5 dicentis: [2]) *Beati estis, cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversus vos mencientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra est in celis.*

Istud debent pensare predicantes ewangelium ex caritate et dicere, si excommunicantur propter ewangelisacionem, cum propheta: [3]) *Maledicent ipsi, tu autem benedices.* Omnes autem fideles viantes debent diligentissime cavere et timere maxime iustam excommunicacionem. Unde Augustinus super Joh.: [4]) *Nichil sic debet formidare christianus quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum eius, si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem, inquit apostolus, spiritum Christi non habet, non est eius.* Hec Augustinus.

Hec videbantur michi fore vobis utilia, ideo sic loquebar. Unde et salvator subiungit:

Sed hec locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Quomodo ista verba audiens veritatis discipulus timeret verba exprobrancium, minas excommunicacionum et terrores occisionis, ut sic a veritate discederet? Oportet enim sic fieri in

[a]) F ještě: 4) debet timere, ne illa excommunicacio fiat sibi propter peccata preterita.

[1]) Jan 9, 22. — [2]) v. 11. — [3]) Ž. 108, 28. — [4]) c. 33. XI, 3.

discipulo sicut in magistro et in servo sicut in domino, qui premuniens et prophetans dicit: [1]) *Hec locutus sum vobis, ut cum venerit hora,* sc. exprobracionis, maledicionis et interfeccionis, eorum verborum *reminiscamini,* ut non scandalizemini cadendo a paciencia et perseverancia. Nam quoad exprobracionem dicit salvator Mat. X: [2]) *Si patrem familias belzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius? ne ergo eos timueritis.* Et quoad *excommunicacionem* dicitur ibidem: [3]) / *Cum persequentur vos* 170b *in civitate ista, fugite in aliam.* Et quoad interfeccionem dicit ibidem: [4]) *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Et quia ipse salvator omnia illa sustinuit, ideo dicit ibidem: [5]) *Non est discipulus super magistrum nec servus super dominum suum; sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius et servus sicut dominus eius.*

O quantum sufficeret ad salutem Christi discipulo et servo, si pacienter perseveraret in obprobriis, persecucionibus et in morte propter Christum, qui dicit Mat. 10: [6]) *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum; qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Hec ergo reminisci debemus, quia ipse dixit nobis, dominus et magister Jesus in secula benedictus. Amen.

6.

Cum turbe irruerent ad Jesum, ut audirent verbum dei. (Luc. V).

Ostendit ewangelista, quomodo salvator noster predicavit verbum dei sollicite et populus audiebat avide. Predicavit autem stans secus stagnum Genesareth, ut facto ostenderet, quia ubicunque fuerit populi [a]) audiencia, ibi potest esse predicacio sancta. Turbe autem irruerunt, ut audirent verbum dei, et sic facto scribis et phariseis contradixerunt, qui volebant, quod ipse turbe non audirent verbum dei.

Et quia nostri scribe hoc idem volunt, mandantes quod non predicetur in capellis, eciam apostolica auctoritate confirmatis, ideo ego,

[a]) A vynech.

[1]) Jan 16, 4. — [2]) v. 25 n. — [3]) v. 23. — [4]) v. 28. — [5]) v. 24 n. [6]) v. 22.

volens magis obedire deo quam hominibus et facto Christi conformari pocius quam ipsorum, ab huiusmodi mandato iniquo appello primo ad deum, cuius est principaliter dare auctoritatem predicandi, demum ad sedem apostolicam, in qua maior auctoritas quam in nostris prelatis debet [a]) rutilare.

Sed videtur, quod sic non obediendo resisto voluntati dei, quia cum omnis potestas est a deo, ex quo concludit apostolus, quod qui potestati resistit, dei voluntati resistit (Rom. XIII; XI. q. 3 Qui resistit [1]), et archiepiscopus habet potestatem dei, qua utitur, mandans ut in capellis non predicetur — sequitur quod ei resistendo voluntati dei resisto sibi non obediendo.

Notandum hic, quod obediencia est actus voluntatis creature racionalis, quo voluntarie et discrete submittit se suo preposito. Et ista diffinicio convenit obediencie solum virtuose. Nam obediencia sonat in bonum virtutis, sicut non obedire [b]) sonat in malum. Unde sicut omne peccatum est inobediencia vel ipsam consequitur, sic omnis virtuosa obediencia est virtus. Omnis enim virtuosus obedit deo, sicut omnis peccator est deo inobediens. Unde obediencia est in racione et voluntate, effectus autem eius sunt in ceteris potenciis et exterius in effectu.

Obedire [c]) vero in sua communitate est precipientis voluntatem implere, et hoc potest fieri male et bene. Male, cum precipitur contrarium voluntati divine aut scripturis sacris vel
171[a] sanctis moribus vel quod re/pugnat vite necessitatibus, item cum precipitur aliquid, quod precipientis auctoritati vel officio non pertinet, sicut sepius male mandant. Bene autem obedire, cum sit bonum moraliter, presupponit hominem sive creaturam racionalem esse in gracia. Cum ergo creatura racionalis existens in gracia voluntarie et discrete submittit se precipienti, tunc [bene] obedit. Non autem debet obedire nisi in preceptis ewangelicis aut consiliis, in quibus

a) C D: dicitur. — b) A: sed obaudire.
c) Odtud jest také v F.

1) Řím. 13, 2; c. 97. XI, 3.

sive bonus prepositus mandaverit christiano sive malus, debet obedire, non tamquam sibi sed tamquam deo, cui obediunt singule creature. Sicut enim Christus obedivit Pylato in iniustis [a]) passionibus, quas sibi iniunxerat, taliter et nos debemus obedire iniustis prepositis in hiis, que non sapiunt peccatum, cuiusmodi sunt omnes passiones, quas patimur propter Christum, non autem in agenciis iniustis, cuiusmodi sunt agencie contra domini consilia et precepta. Unde passiones propter inobedienciam in malo, ymmo verius propter obedienciam deo suo, in sic paciendo est thezaurus securissimus christiano. Hinc dicit Christus discipulis Luc. 21: [1]) *In paciencia* etc.

Ex iam dictis sequitur, quod nullus debet obedire cuiquam in malo. Patet, quia oppositum faciendo non obediret deo, quia ait Augustinus in libro De verbis domini omel. 6: [2]) *Dominus precepit, ut in malis nulli potestati obediamus.* Item Gregorius ultimo Mor.: [3]) *Sciendum est, quod nunquam per obedienciam malum debet fieri, aliquando autem per obedienciam bonum quod agitur debet intermitti.*

Fundatur istud dictum de obediencia primo in hoc, quod obediencia principaliter debetur supremo domino, qui non potest errare in precipiendo.[b]) Et hinc apostoli Act. 5: [4]) *Obedire oportet magis deo quam hominibus* dixerunt principibus precipientibus, ne predicarent Christum. Item Gregorius in Pastorali (et habetur II. q. 7): [5]) *Admonendi sunt subditi, ne plus quam expediat sint subiecti, ne cum student plus quam necesse est hominibus subici, compellantur eciam vicia venerari.* Item Jeronimus ad Rusticum Narbonensem episcopum: [c]) *Nemo hinc episcoporum invidia dyabolice temptacionis inflatus irascatur, si plebem interdiu sacerdotes exhortentur, si in ecclesia predicent, si plebi ut dictum est benedicant. Etenim abneganti michi ista*[d]) *dicam: Qui* [e]) *non vult facere presbiteros, que iubentur a deo, dicat, quid maius est Christo?*

a) Rkpp.: in iustis. — b) C: incipiendo.
c) A in marg.: Ponitur dist. XCV cap. Ecce ego (c. 6. § 1.).
d) A nad tím: sc. presbiteros posse facere ista.
e) A: episcopus.

1) v. 19. — 2) *Migne* P. L. 38 není. — 3) c. 99. XI, 3.
4) v. 29. — 5) c. 62.

Item Anacletus papa:[a] *Scimus autem multos*[b] *ob id infestare doctores, ut eos perdant et proprie voluntatis placita adimpleant, non propterea tamen doctores in quantum vires suppetunt a recta emulacione et bona intencione recedere debent, scientes quia beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam* (dist. 43 Scimus).[1] Item Beda super illo verbo »Invenietis asinam alligatam et pullum cum ea, solvite et adducite
171[b] michi et si quid vobis / aliquis dixerit, dicite quia dominus hiis opus habet« dicit:[2] *Hic mistice precipitur doctoribus, ut si quid obstiterit adversitatis, si quis prohibuerit peccatores a laqueis solvi, per confessionem fidei domino adduci, non tamen a predicacione desistant, sed constanter insinuent, quod dominus talibus ad edificandam ecclesiam opus habet.*[c])

Item Isidorus:[3] *Is qui preest si preter voluntatem dei vel preter quod in scripturis sanctis evidenter precipitur vel dicit aliquid vel imperat, tamquam falsus testis dei vel sacrilegus habeatur.* Item Ciprianus De lapsis: *Mandant aliqua martires fieri, sed si non sunt scripta in lege domini que mandant, ante est ut sciamus illos de deo impetrasse que postulant, tunc facere quod mandant. Neque enim statim videri potest de divina maiestate concessum, quod fuerit humana pollicitacione promissum. Nam et Moyses pro peccatis populi peciit, nec tamen peccantibus veniam dum peciisset accepit* (dist. 50. Si quis prepostera).[4] Idem in epist. contra hereticos:[5] *Non statim suscipienda sunt et assumenda, que iactantur in Christi nomine, sed que geruntur in Christi veritate. Quomodo enim perficere que agunt aut impetrare aliquid illicitis conatibus a deo possunt, qui contra deum que eis non licent molliuntur?*

[a]) A in marg.: Sub tali titulo ponitur in decretis: Verba predicacionis persecutoribus suis prelati non subtrahant.
[b]) V A glosa: episcopos.
[c]) A pod textem: B. Petrus in ordinacione Clementis (et ponitur XI. q. 3): Quicunque contristaverit (prohibendo) doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat (i. e. provocat) deum, propter quod vita carebit (eterna, si sic decedet). Hec ille.

[1]) c. 3.
[2]) *Migne*, P. L. 92 col. 91; silně interpolováno.
[3]) c. 101. XI, 3. — [4]) c. 27 (prepropera). — [5]) *Migne*, P. L. 3 není.

Istud verbum est contra illud, quando mandant illicitum vel ferunt sentenciam illicitam et predicant »Christi nomine invocato in virtute sancte obediencie mandamus.« Numquid in Christi nomine et virtute sancte obediencie debet predicacio prohiberi? Revera pocius deberent dicere: Antichristi nomine invocato in virtute maledicte obediencie mandamus, ne verbum dei in capellis predicetur!

Item Jeronimus super ep. ad Eph.: *Si dominus vel prelatus iubet ea, que non sunt contraria fidei vel adversa sacris scripturis, subicitur illis servus. Si vero contraria precipit, magis obediat spiritus quam corpus domino.* Infra: *Si bonum est, quod precipit imperator, iubentis exequere voluntatem, si malum, responde: Oportet deo magis obedire quam hominibus* (XI. q. 3. Si dominus).[1])

Augustinus in lib. De verbis domini omel. 6, quem Mgr ultima dist. II. libri allegat in libro De natura boni, sed non est ibi, dicit:[2] *Si illud iubet potestas, quod non debeas facere, hic sane contempne potestatem, timendo maiorem potestatem. Ipsos humanarum legum*[a]) *gradus adverte. Si quid iusserit procurator, numquid est faciendum, si contra proconsulem iubeat? Rursus si quid ipse proconsul iubeat et aliud iubeat imperator, numquid dubitatur illo contempto illi esse serviendum? Ergo si aliud imperator aliud deus iubeat, contempto illo obediendum est deo. Potestati ergo dyaboli vel hominis tunc resistimus, cum aliquid contra deum suggesserit, in quo dei ordinacioni non resistimus sed obtemperamus. Sic enim deus precepit, ut in malis nulli potestati obediamus.* Hec Augustinus.[b])

Ex hiis auctoritatibus patet, quod nulli potestati in malo est obediendum.

Et patet, quod ego resistendo potestati archiepiscopi et prelatorum, dum mandant, quod nullibi predicetur in capellis, non resisto deo, sed

[a]) C F: rerum. — [b]) Až potud F.

[1]) c. 93.
[2]) c. 97. XI, 3, ale na konci jinak. Hus cituje z Lombarda l. c. col. 758.

obedio iuxta illud apostolicum:[1]) *Obedire oportet magis deo quam hominibus.* Ipsi enim apostoli resistendo prelatis in mandato simili obedierunt deo. Et ista obediencia secundum Augustinum vocatur obediencia resistiva[2]) etc. Amen.

7.

Z rkp. univ. *praž.* VIII G 34.

Amen amen dico vobis, nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis regnum celorum. (Mat. 5).

Salvator noster dat salutacionem scribis et phariseis et ypocritis bonisque informacionem sic dicens:[3]) *Amen amen dico vobis, nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis regnum celorum,* et subdit huic generacioni Mat. 23, salutans eos ve octuplici, primo dicens:[4]) *Ve vobis scribe et pharisei, ypocrite, qui clauditis regnum celorum ante homines; vos enim non intratis nec introeuntes intrare sinitis,* et sic de ceteris salutacionibus.

Homo cave a fermento phariseorum, audi scripturam et sectare eam et ne sinas fabulis talium trium generacionum te seducere, ut scripturam adimpleas et ei actu consencias. Ubi Joh. 21 sic aitur, quod isti ypocrite regnum celorum claudunt, quia fabulis seducunt populum et necessitant ipsos sequi, cum fingant censuras et dampnabilem obedienciam[a]) sibi rebellibus, sicut nunc nostri, qui prohibent predicare in capellis ewangelium [et] excommunicacionem proclamant, verba ewangelii fidelibus predicantibus et audientibus precludentes.

Nisi ergo habundaverit iusticia fidelium plus quam istorum, quomodo intrabunt in regnum celorum? Quia ipsi sunt,

[a]) Rkp.: inobedienciam.

[1]) Sk. ap. 5, 29.

[2]) *Viklef,* De ordine christ. (Loserth, Opera minora, str. 138): Et illam obedienciam vocat *Linconiensis* obedienciam resistivam.

[3]) Mat. 5, 20. — [4]) Mat. 23, 13.

qui decimant mentam, anetum et ciminum, sed non iudicium, misericordiam et fidem. Unde salutat eos salvator Mat. 23:[1]) *Ve vobis scribe et pharisei, ypocrite, qui decimatis mentam* etc., *duces ceci excolantes culicem, camelum autem glucientes.* Ecce »tres[2]) herbas decimant diligenter, sed virtutes in lege potissimas: iudicium quoad scribas, misericordiam quoad phariseos et fidem quoad ypocritas derelinquunt. Istum autem ternarium oportuit eos facere et ternarium priorem non omittere. Unde notandum, quod trium herbarum hortensium predictarum prima minime valet, licet sit odorifera, secunda plus, licet sit diuretica,[a]) et tercia plus, licet sit a fetore et putrefaccione corporis preservativa. Per primam possunt notari ypocrite, qui cavent de peccatis levibus, ne peccent publice, quia fama sensibilis est ypocritis bonus odor; per secundam possunt notari ypocrite ex eo, quod subeunt penas sensibiles, ut ex sanctitate [in] populo honorentur; et per terciam possunt notari ipsi ypocrite de sua oracione diuturna sensibili, ut videatur eorum devocio non extincta. Et sic in habitu sensibili, qui penalitatem eorum indicet, in honestate[b]) circa sensibilem cultum / dei, 49a
que pietatem clamet, et in oracione sensibili, que devocionem eorum ad extra reseret, faciunt singula facta sua; sed iudicium insensibile conformiter legi dei isti prevaricatores non ponderant. Et quomodo onerent pauperes, non attendunt, et quomodo fides ewangelii insensibilis, quod excedit eorum omnes tradiciones, zophisticetur in populo, minus curant. Et propterea salvator nominat eos duces cecos, quia ducunt per zophisticam semitam preter ewangelium simplices christianos.[c]) Et quia super peccatis levibus habent horribilem conscienciam et super gravibus nullam, ideo dicit veritas, quod excolant culicem, ne ipsum ingluciant, sed peccata gravia parvipendunt, quia sunt camelum informem et irregularem voluntarie glucientes.

Ipsi videant, quos verba domini vere tangant.[d]) Ipsi sunt,

[a]) Psáno: diuturna. — [b]) Los.: veste.
[c]) *Vikl.*: quia ducunt populum per sophisticam semitam sanctitatis.
[d]) *Vikl.*: Et in isto laborant homines prime secte.

[1]) v. 23.

[2]) Co jest v uvozovacích znaménkách, jest z *Viklefova* traktátu »De ve octuplici« (Loserth, Opera minora, str. 344 n.).

qui peccata levia, que lucrum suum sapiunt, ponderant ut horrenda et pro ipsis excommunicant et transgressores tradicionis humane persecuntur crudeliter, sed peccata gravia contra decalogum minus curant.«

Quomodo autem secundum salvatoris vocem Mat. 23 mundant quod deforis est calicis et paropsidis, intus autem sunt pleni rapina et iniquitate,[1]) patet quoad eorum »utensilia,[2]) que sunt aurea et argentea, de bonis pauperum fabricata, de quibus eciam in ecclesiis sunt solliciti, dicentes quod hoc faciunt propter honorem domini Jesu Christi, sed de mundicia anime parum curant et sic infideliter plus ponderant facta corporis quam anime, plus sensibile bonum corporis quam anime bonum insensibile. Et idem est iudicium de illis, [a]) qui gloriose volunt incedere quoad mundum et de mundicia anime et cura pastorali, quomodo edificent populum, parum curant«.

Sed quia taliter predicanti indignantur scribe et pharisei et quidam si non mortem volunt inferre corporalem, tamen persecuntur odio, ideo salvator ad confundendum ipsorum odium dicit:[3]) **Dictum est antiquis: Non occides** sc. corpus iniuste, **qui autem occiderit, reus erit iudicio** sc. ad penam talionis; **ego autem dico vobis: Omnis, qui irascitur fratri suo** sc. iniuste, **reus erit iudicio** sc. quo iudicetur, **qui autem dixerit racha,** quod est signum ostensivum ire ad extra, **reus erit concilio** sc. quo abiudicetur, **qui autem dixerit fatue, reus erit gehenna ignis,** in qua eterne puniatur. Ista tria indignacionis mala habuerunt scribe et pharisei et ypocrite respectu Christi; nam ipsos arguenti irascebantur, unde Luc. 4, cum dixit eis:[4]) *Amen dico quia nemo propheta acceptus est in patria sua; in veritate dico vobis, quia multe vidue erant in diebus Helie* etc. sequitur: *Et repleti sunt omnes in synagoga ira hec audientes* — ecce ira; et quoad signum [ad] extra ire ostensivum sequitur:[5]) *Et surrexerunt et eiecerunt eum extra civitatem* et Luc. 16 reprehendentem de

[a]) *Vikl.:* Et idem videtur de *episcopis.*

[1]) Mat. 23, 25. — [2]) *Vikl.:* l. c. 346 n., zde poněkud zpracováno.
[3]) Mat. 5, 21 n. — [4]) Luk. 4, 24 n., 28. — [5]) v. 29.

avaricia irridebant, nam dicitur ibi:[1]) *Audientes hec pharisei, qui erant avari, deridebant eum;* et ad tercium sc. fatue / dixe- 49b
runt Joh. 10:[2]) Demonium habet, insanit, quid eum auditis?

Quid ergo mirum, si nunc in causa simili Christi predicatori quidam scribe, pharisei et ypocrite nostris temporibus irascuntur occulte, quidam signa ire ostendunt manifeste, etsi tacent ore, quidam autem non solum dicunt fatue, sed heretice, etsi non in faciem, sed seorsum. Paveant hii iudicium, concilium et gehennam nec accedant ad altare, quia habet frater Christus adversus eos aliquid. Vadant ergo primo reconciliari Christo fratri, nam dicit ipse Christus, qui factus est frater noster, ut nos pie redimeret:[3]) **Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare** etc. O sanctum consilium et preciosum preceptum! Innuis concordiam, innuis caritatem, plus pensas fraternam concordiam quam oblacionem! Et bene, quia dixit dominus:[4]) *Ite* [a]) *discite, quid est »misericordiam volo et non sacrificium«.* Sed ubi nunc est in scribis et phariseis et ypocritis misericordia, cum impie irascuntur, persecuntur et excommunicant fratres suos!

Non debet autem illa triplicitas movere predicantes a constancia. Sic enim de Christo Joh. 7 quidam dicebant, quia bonus est, alii autem: non, sed seducit turbas[5]) et demonium habet et insanit (Joh. 10)[6]), non tamen a constancia predicacionis motus fuit. Et si de audientibus pontifices et pharisei dicebant maledicentes:[7]) *Numquid aliquis ex principibus credit in eum aut ex phariseis, sed turba hec, que non novit legem, maledicti sunt:* quid miri, quod et nunc fideles audientes ewangelium pontifices, pseudopredicatores et pharisei excommunicant et maledicunt? Vere quilibet fidelis ewangelizans meritorie et audiens utiliter debet dicere cum Augustino:

[a]) Rkp.: Quid est hoc, ite.

[1]) v. 14. — [2]) v. 20. — [3]) Mat. 5, 23. — [4]) Mat. 9, 13.
[5]) Jan 7, 12. — [6]) v. 20. — [7]) Jan 7, 48 n.

In me sit maledicciо illa Christe; nam maledicciо huiusmodi occasionaliter est benediccio. Sciebat hoc David, ideo dicebat: [1]) *Maledicent ipsi, tu autem benedices* et Malachie ore cap. 3. dixit dominus: [2]) *Benedicam malediccionibus vestris.* Implevit hoc, cum ore proprio dixit Mat. 5: [3]) *Beati estis, cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mencientes propter me, gaudete et exultate, quoniam merces* etc.

8.

Z rkp. univ. *praž.* VIII G 34.

Quia ergo iuxta Augustinum de verbis domini, qui ait: [4]) *Si non corrigis fratrem tuum, peior es eo qui peccat,* unde glosa: Peccat, qui non corripit fratrem, sicut is qui non indulget; et idem ait: [5]) *Qui peccat coram hominibus, et coram hominibus arguendus est, ut omnes timeant, qui secrete peccat, secrete corripe; nam si solus nosti et eum vis coram aliis corripere, non*
50a *es correptor, sed proditor.* / Peccatum unius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, ideo omnes, qui notant et non devitant, quod possunt arguere et dissimulant, [peccant] — non enim sibi videtur peccare, quando a nullo corripitur vel vitatur. Ideo omnes dilectores mundi verbi dei cum b. Gregorio dicamus: [6]) *Ille michi solus amicus est, qui ante adventum districti iudicis maculas mentis mee extergit.* Et ait idem: *Stultus viator est, qui in itinere prata avene conspiciens obliviscitur, quo tendebat.* Quia Sap. 3 ait: [7]) *Qui sapienciam et disciplinam abicit, infelix est et vana est spes eius.* Viatores ergo domini nostri Jesu Christi caveant a fermento phariseorum et estote solliciti verbum dei audire, quia ait Gregorius b. papa: [8]) *Qui in predicacione evangelii non est studiosus, erit particeps dampnacionis.* Hec ille. Quia iuxta apostolum ad Eph. 6: *Verbum dei non potest alligari,* [9]) quia *non est nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum* [1]) et subdit: [2]) *State ergo succincti lumbos vestros in veritate et induti loricam iusticie et calceati pedes in preparacione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, et galeam salutis assumite et gladium spiritus, quod est verbum dei* (Eph. 6). Et idem ad Philip. 1: [3]) *Scire autem vos volo fratres, quia que circa me sunt, magis ad profectum venerunt evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni pretorio et in ceteris omnibus et plures e fratribus in domino confidentes vinculis meis, abundancius auderent sine timore verbum dei loqui.*

1) Ž. 108, 28. — 2) Malach. 2, 2: maledicam benediccionibus.
3) v. 11 n. — 4) *Migne,* P. L. 38 col. 508. volně.
5) *Migne,* P. L. 38 col. 510 n. — 6) Kde? — 7) v. 11. — 8) Kde?
9) I. Tim. 2, 9.

*

De nostris prelatis, si non penituerint, quomodo manifeste contrariantur scripturis, ille purgravius, ille subcamerarius, ille concubinarius, ille symoniacus et sic de multis, et obliti sunt verbi apostoli 2. Thim. 2: [4]) *Nemo militans deo implicat se negociis secularibus,* obliti sunt verbi Christi: [5]) *Nemo mittens [manum] ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei.* Unde dicit Odo super illum textum Mat. »Beatus es Petrus Bariona«: Prelati spoliatores non speculatores, Herodiani Herodis non heredes salvatoris.

Et nunc nostri prelati audaciores sunt Christo, qui dicit Joh. VIII: [6]) *Ego non iudico quemquam et si ego iudico, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me pater* et Joh. 5 dicit: [7]) *Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem.* Quomodo ergo isti rite fecerunt condempnacione de libris M. Johannis Wicleff et iudicaverunt sub excommunicacionis pena, quod nullibi predicetur nisi in ecclesiis parochialibus et claustris? Numquid est ipsis nuncciatum a deo, quod Christus in N. T. erravit et doctores sancti, qui sunt statuta s. matris ecclesie, erraverunt et

1) Ef. 6, 12. — 2) v. 14—17. — 3) v. 12—14. — 4) v. 4.
5) Luk. 9, 62. — 6) v. 15 n. — 7) v. 19.

ipse solus deus in A. L. erravit, ubi Moyses dixit: [1]) Utinam omnes predicarent et dixit deus: [2]) Faciam michi presbiterum, qui non possidebit agros, vineas, villas et sic de aliis, sed de decimis vivet? Et Christus mandat presbiteris ducere apostolicam vitam et elegit eos et dixit: [3]) *Quemadmodum ego feci, et vos faciatis.* Sed quia deus non poterit, non potest, non potuit errare, ergo omnes nostri prelati repugnantes sacre scripture erraverunt, errant et utinam non errarent. Amen.

---

[1]) Num. 11, 29: Quis tribuat, ut omnis populus prophetet.
[2]) Num. 18, 26 nn. — [3]) Jan 13, 15.

XIII.

MGRI JOANNIS DE JESENIC QUAESTIO.

Z rkp. univ. *praž.* X E 24.

Utrum iudex corruptus ferens sentenciam pro parte corrumpente gravius peccat quam pars corrumpens. 369[b]

Arguitur quod non; quia ille plus peccat, qui in plures peccat, sed pars corrumpens est huiusmodi, igitur etc. Maior nota; probatur minor: quia pars corrumpens peccat in iudicem ipsum corrumpendo et in partem adversam, iudex autem tantum in partem adversam alteri.

Oppositum videtur esse de intencione Aristotelis lib. 5. Etic.

Noto, quod iudex secundum Philosophum V. Etic. dicitur custos iusti seu iustum animatum racione recta regulatum. Nam iudex dictus est, quia ius dictat populo sive quod iure disceptet, ut dicit Ysodorus XX. lib. Etym. [1]) Ius autem secundum legistas idem est quod iustum apud philosophos, ut patet I. dist. et V. Etic. Et ergo notandum, quod triplex est iustum sive ius: quoddam est ius divinum, quoddam canónicum seu ecclesiasticum, quoddam vero civile sive politicum. Ius divinum est ius a solo deo institutum, per Christum verbo et opere exemplatum, ut lex ewangelica, qui Christus, cum sit deus et homo, per se et simpliciter dominus noster, iudex noster, rex noster et legifer noster est (Ys. 33 cap. in fine) [2]). Ipse enim est iudex vivorum et mortuorum, habens omne iudicium et omnem potestatem in celo et in terra, ut dicitur Joh. V. et

---

[1]) *Migne,* P. L. 82 není. — [2]) v. 22.

Mat. ult. [1]) Qui quidem iudex omnia in numero, pondere et mensura discernens [2]) et diiudicans non corrumpitur, nec mutatur, cum sit invariabilis et inmutabilis, 8. Phis. et 12. Methaph. et teste propheta in persona ipsius dicente: Ego sum dominus et non mutor (Malach. III. cap. 3) [3]).

Ius autem canonicum seu ecclesiasticum est ius a prelatis ecclesie institutum et promulgatum ad rebelles sacris regulis cohercendum. Et potest intelligi ut communicans [a]) iuri ewangelico, ut sunt articuli fidei in sanctis synodis sive conciliis exemplati. Sicut enim idem est homo in vestibus aut accidentibus noticiam inducentibus variatus: sic eadem est lex vel veritas ewangelica in ewangelio inplicata et per ecclesiam postmodum aliter sed non contrarie exemplata, ut patet de fide quam credimus. Nec capit lex canonica inpugnacionem a lege dei quoad istam partem, cum ipsa sit tracta et processit ex auctoritatibus V. et N. T. (Ex. de accus. Qualiter [4]) et quest. 5.); sed [b]) quoad aliam partem, puta ad decreta et constituciones beneficiorum cum similibus capit inpugnacionem, cum sepius fallit et fallitur (Extra de sent. A nobis II.) [5]) ac plurimum communicat cum iure civili. Et huiusmodi iuris iudices supremi sunt papa, cardinales, patriarche et legati de latere; medii vero
370[a] sunt legati constituti et legati nati, / conservatores, auditores, subconservatores, archiepiscopi, episcopi, et abbates; infimi vero sunt archidiaconi, decani, plebani et alii notarii et tabelliones.

Ius autem civile seu politicum est ius occasione peccati humanitus adinventum ad amplificandum rem publicam coactive quoad bona corporis et fortune, sicut ius ewangelicum rectificat quoad bonum gracie. Et istius iuris iudices supremi sunt imperator, reges, senatores, urbis prefecti, duces, marchiones et comites palatini; medii sunt langravii, purgravii, barones et ceteri districtuum et civitatum nobiles; infimi sunt iudices civitatum, oppidorum et villarum. Et isti sicut et secundi sunt valde equivoce et secundum quid iudices respectu dei, cum solum sint ministri et organa veri et per se iudicis, omnem auctoritatem et iurisdiccionem ac potestatem, ymmo esse

[a]) Rkp.: incommunicans. — [b]) Rkp.: et.

[1]) Jan 5, 27; Mat. 28, 18. — [2]) Sap. 11, 21. — [3]) Mal. 3, 6.
[4]) cap. 18, X. V, 1. — [5]) cap. 28. X. V, 39.

et vivere ab eodem recipientes ut patet 12. Methaph. Omnis enim potestas a domino deo est et sic a primo iudice est (ad Rom. XIII, [1]) XXII. q. 1. § Sciendum [2]), XXIII. q. 1. Quid culpatur) [3]).

Ex quibus sequitur [1.] correlarie, quod diffinicio iuris, in qua dicitur: »Ius est constans et perpetua voluntas tribuens unicuique quod suum est,« soli iuri divino convenit.

Ex quibus [2.] sequitur correlarie, quod supposito lapsu humani generis necesse fuit leges vel ordinaciones humanas statuere, ne quilibet lapsus de bonis fortune caperet, quantumcunque voluptas indebite inclinaret.

Sequitur 3. si totum genus humanum perfecte observaret regulam caritatis, superfluum [a]) foret ponere et statuere dictas leges: nam tales sunt posite propter transgressores et non propter iustos, qui sibi ipsi sunt lex, ut patet 5. Etic. et 3. Polit., ad Rom. II, [4]) XIX. q. II. Due sunt. [5])

Secundo noto, quod corrupcio est multiplex et quantum ad propositum tunc quedam est corrupcio cogitacionis, unde Soph. 3: [6]) *Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitaciones suas;* alia est corrupcio mentis, unde II. ad Thym. 3. [7]) dicitur et XXVI. q. V. Nec mirum: [8]) *Quemadmodum Jamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti resistunt veritati, homines corrupti mente reprobi circa fidem;* alia est corrupcio intencionis Ps.: [9]) *Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt;* alia pravi operis [b]) ad Gal. V: [10]) *Modicum fermenti totam massam corrumpit;* item pravi exempli Prov. XXV: [11]) *Fons turbatus pede et vena corrupta;* item prave conversacionis I. ad Cor. 12: [12]) *Corrumpunt bonos mores,* item prave erudicionis II. Cor. VII. [13]) *Neminem lesimus, neminem corrupimus* etc. Iste autem corrupciones fiunt et causantur / quatuor modis in iudice. Nam secundum Gregorium 370[b]
(et habetur in can. XI. q. III.) [14]) quatuor modis humanum pervertitur iudicium: timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus, cupiditate, dum premio ani-

[a]) Rkp.: superflue. — [b]) Rkp. před tím: alia prave erudicionis.

[1]) v. 1. — [2]) c. 10. VIII, 1. — [3]) c. 4. — [4]) v. 14. — [5]) c. 2.
[6]) v. 7. — [7]) v. 8. — [8]) c. 14. § 8. — [9]) Ž. 52, 2. — [10]) v. 9.
[11]) v. 26. — [12]) I. Kor. 15, 33. — [13]) v. 2. — [14]) c. 78.

mum alicuius corrumpimus, odio, dum contra quemlibet adversarium molimur, amore, dum amico vel propinquo auxilium prestare contendimus. Amor enim et odium pervertunt iudicium (I. Rhet.).

Noto tercio, quod sicut diffinicio se habet in speculabilibus, sic se habet sentencia in agibilibus (2. Rhet.) et diffinitur sic: »Sentencia est universalis enuncciacio de agibilibus humanis« secundum philosophum, secundum legistas vero »sentencia est mandatum seu preceptum iudicis, nature, iuri et bonis moribus consonum.«

Ex quo sequitur, quod sicut iudex non est, in quo iusticia non est (XXIII. q. II Iustum)[1]), nisi equivoce: sic sentencia non est, ubi ordo nature, iuris vel morum non servatur, nisi valde equivoce.

Sentencia autem quantum ad presens est duplex: puta diffinitiva et interlocutoria. Sentencia diffinitiva est sentencia, que finem controversiis pronuncciacione iudicis inponit, condempnacionem vel absolucionem in se continendo. Sentencia autem interlocutoria est sentencia, que fertur contra contumacem reum absentem, vel pro alia materia date questionis emergenti, ut patet II. q. VI § diffinitiva sentencia[2]) et in glosa ibidem.

Quarto noto, quod gravitas peccati potest attendi tripliciter: Primo intensive et sic defectus gracie Petri, a qua cecidit negando dominum, fuit maius peccatum quam peccatum traditoris, posito quod nunquam fuerat ita gratus. Nam sicut cadens a gradu alciori ad situm eque bassum patitur ruinam cum paribus graviorem, sic cadens spiritualiter seu moraliter a maiori gracia ad non graciam simpliciter magis peccat, et sic fuit de Petro et de Juda, ut patet.

Secundo modo dicitur peccatum reliquo gravius extensive et sic quodlibet peccatum finalis inpenitencie est in infinitum gravius quam peccatum aliquod, quod deletur.

Et tercio dicitur peccatum gravius effective in hoc, quod magis nocet rei publice quoad sensum, et sic occidens plures homines vel meliores iniuste plus peccat quam ad hoc consulens vel consenciens, cum tamen secundum regulam iuris

[1]) c. 1. — [2]) c. 41, § 2. Gratian.

»facientes et consencientes pari pena sunt puniendi« propter equalitatem peccati et alia regula: »Qui facit per alium, est perinde acsi faciat per seipsum.« Et istam gravedinem attendunt iudices secundum faciem solum iudicantes et in opinione gravedinis talis peccati sensibilis sicut et sue pene plurimi errant, putantes quod pena sensus propter eius sensibilitatem equiparari poterit pene dampni.

Universaliter tamen peccatum grave est ex parte obiecti et sic quodlibet peccatum, de quanto est contra deum, est infinitum, licet aliunde unum gravius reliquo sit in se./ 371a

Noto quinto, quod peccare, in proposito tantum valet sicut deficere in iusticia et sic in moribus et ex hoc peccatum sive vicium fit defectus sive deficiencia seu carencia iusticie et sic virtutis.

Conclusio 1. Uterque, tam iudex corruptus quam pars corrumpens ipsum pro sentencia ferenda peccat. Probatur: Omnis homo deficiens a iusticia sive iuribus superius expressis peccat, uterque istorum est huiusmodi, igitur uterque ut sic peccat. Consequencia bona est et antecedens patet ex ultimo notabili ex quid nominis, quod est peccare. Sed minor probatur, quia tam iudex corruptus quam pars corrumpens faciunt contra iura premissa, puta divina, canonica et civilia, in quibus prohibetur, ne quis odio vel amore, timore vel avaricia sentenciam dampnacionis vel iustificacionis proferat vel ad id faciendum corrumpat. Unde canon ex conc. Lugd. et habetur XI. q. III. cap. Summopere[1]) et de sent. et re iudicata cap. Eterni lib. VI.[2]), ubi dicitur: *Cum eterni tribunal iudicis ... poterit liberari.* Ecce non solum prohibicio, sed et pena apponitur iudicum corruptorum!

Aliter probatur sic minor: Quidquid quis fecerit contra conscienciam, ut sic peccat; uterque[a]) istorum facit contra conscienciam — ergo uterque ut sic peccat. Maior patet, quia *omne quod fit contra conscienciam, edificat ad iehennam* (Extra de rest. spol. Literas[3]) et in can. XXVIII. q. 1 c. Omnes[4]) et ad Rom. 14. cap.).[5]) Minor probatur sic: quia sicut iustum et sic

[a]) Rkp.: uter.

[1]) c. 70. — [2]) cap. 1. in VI. II, 14. — Opisuje skoro celou kap.
[3]) cap. 13. X. II, 13. — [4]) c. 14. — [5]) v. 23.

verum, a quo iste uterque deficit, cum sit obiectum intellectus,
371b congruit consciencie: sic iniustum et per consequens / falsum, quo isti sunt corrupti, repugnat intellectui et est contra conscienciam, ut patet VI. Etic. Igitur conclusio vera.

Corr. 1. Iudices supremi corrupti, ut papa, imperator et alii principes gravius peccant quam iudices infimi corrupti, ut cives, rustici et eis similes, intensive et effective, eo quod ab alciori gradu cadunt et plures scandalisant et offendunt.

Corr. 2. Persone supreme, ut principes, corrumpentes iudicem gravius peccant quam persone infime corrumpentes, ut milites vel clientes.

Corr. 3. Sequitur bene: Iste iudex corruptus est primus et supremus nutriens scisma et vendens spiritualia, ergo iste iudex corruptus est primus et supremus symoniacus et ydolatra. Correlarium patet ex conclusione et eius probacione ad particularia peccata descendenti et presertim de Errorio supremo iudice nunc in concilio Pysano generali dampnato.

Corr. 4. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis suis [1]) pro opinione vel constitucione quacunque in iure divino non fundata ad ignem seu mortem se exponere volentes. Patet de quibusdam in practica presentis anni, qui amore beneficiorum Errorio adherentes et odio intrinseco cardinales redarguentes corrupti sunt et in concilio tamquam erronei condempnati sunt, abhominabiles facti sunt in studiis suis tamquam cancri conversi retrorsum.

Conclusio 2. Iudex corruptus cupiditate gravius peccat quam iudex corruptus timore, amore vel odio. Probatur sic: Peccatum de tanto est gravius, quanto magis est voluntarium, ut patet 3. Etic.; sed iudex corruptus cupiditate et avaricia magis voluntarie peccat quam iudex corruptus timore — igitur conclusio vera. Et racio est: nam qui operatur ex timore, quasi invitus et cum displicencia operatur; qui autem operatur male ex avaricia, quasi ex propria malicia voluntarie et cum complacencia peccat

[1]) Ž. 52, 2.

et operatur — igitur etc. Eciam peccatum cupiditatis provenit ex minori motivo quam peccatum timoris et ex vehemencia motivi seu obiecti vehementis redditur aliquando peccatum veniale, ut dicitur de timore, qui potest cadere in constantem virum. Propter quod dicitur 7. Etic.: Si quis a fortibus et superexcellentibus delectacionibus vel tristiciis vincitur, non admirabile sed condonabile est — sed notum est, quod timor est ex forciori motivo quam cupiditas, quia sicut dicitur 3. Etic., difficilius est tristia sustinere quam a delectabilibus abstinere. Timor vero cum sit de numero tristium, ut de morte, bonorum fortune ablacione et honoris privacione, difficilius sustinebitur et per consequens plus movebit quam avaricia delectabilis, a qua est abstinendum; quare peccare ex cupiditate est magis voluntarium quam ex timore — igitur conclusio vera.

Ista conclusio cum probacione habetur plane ex can. XV. q. VI. cap. Si a sacerdotibus [1]), ubi dicitur: Amplius enim respicit deus / ad cogitaciones et spontaneas voluntates quam 372a
ad actus, qui per simplicitatem ac necessitatem vel timorem fiunt. Pocius enim respicienda est causa facti quam ipsum factum (de pen. dist. 1. Aut facta). [2])

Corr. 1. Sicut avaricia est ydolorum servitus et radix omnium malorum, ita iudex avaricia corruptus est ydololatra et caput omnium peccatorum. Patet corr. 1. Pet. 4, [3]) ad Col. 3, [4]) I. q. 1 Cum omnis [5]) et ad experienciam communem, cum pro avaricia omnes transcurrunt terram et maria, a maximo usque ad minimum omnes student avaricie nec est qui se abscondat a calore eius. [6])

Corr. 2. Metus sive timor viciosus non cadit in virum virtuosum et constantem. Patet, nam virtuosus in omnibus equanimiter se habet tamquam tetragonus sine vituperio (I. Etic.).

Corr. 3. Non sunt vere viri constantes, metu, vi vel timore peccantes vel malis consencientes. Patet, nam propter totum mundum salvandum minimum malum non est faciendum, ut deducit Augustinus lib. de mendacio et habetur in can. XXII. q. II. Ne quis arbitretur. [7])

Conclusio 3. Iudex corruptus cupiditate

[1]) c. 1. § 7. — [2]) cap. 19. — [3]) v. 3. — [4]) v. 5. — [5]) c. 20.
[6]) Ž. 18, 7. — [7]) c. 14.

plus peccat quam pars corrumpens. Probatur: Iudex abutitur potestate iudiciaria et voluntate in ferendo iniquam sentenciam, sed corrumpens abutitur solum voluntate et non potestate — ergo iudex plus peccat quam pars corrumpens. Consequencia tenet, quia iudex abutitur duabus rebus nobilibus, sed pars corrumpens tantum una — ergo. Eciam iudex fert sentenciam: in nomine domini Amen, sed facere malum in nomine domini gravius est peccatum quam facere malum ex alio motivo, puta vindicta, odio vel similibus — igitur conclusio vera.

Ex alio: Magis est in potestate voluntaria iudicis iniqua sentencia quam partis corrumpentis — ergo iudex plus peccat quam pars corrumpens. Consequencia tenet ex prioribus, quia de quanto aliquod peccatum est magis in voluntaria potestate, de tanto universaliter est gravius.

Item argumento Aristotelis: Ille magis facit rem, qui propria potestate facit, quam qui non facit nisi virtute alterius; sed iudex propria potestate iustificat sc. auferendo a parte quod suum est vel sibi tradendo minus debita[a]), hec autem non potest facere pars nisi per iudicis potenciam — igitur conclusio vera.

Corr. Iudices corrupti cupiditate sunt equales Jude proditori. Nam sicut Judas Christum et sic veritatem vendidit, sic isti caritatis et veritatis iussa spernentes deum, qui caritas et veritas est, produnt et maxime cum non infirmitate vel ignorancia peccant, sed in similitudinem Jude querunt oportunitatem, qualiter veritatem mendacio et munere mutent (scribitur XI. q. III. Abiit Judas).[1])

Conclusio 4. Iudex corruptus timore minus peccat quam pars corrumpens. Conclusio ista patet
372[b] ex prioribus, / probatur tamen sic: Principale agens plus peccat quam subditum et instrumentale, ut dicit Aristoteles 5. Etic., sed inferens timorem est sicut agens principale, iudex autem est sicut ei subditus, aliter non timeret ab eo, ducitur enim impetu inferentis timorem. Ideo iudex tamquam instrumentale agens minus peccat quam pars corrumpens tamquam principale agens. Et ista conclusio sicut alie precedentes sunt bene

[a]) Rkp.: debito.

[1]) c. 83.

moderande. De talibus enim actibus et defectibus, cum sint principaliter circa singularia, de quibus non est ars neque sciencia, nulla certa regula potest dari, sed solum tipo et figuraliter, ut docet Aristoteles 1. et 2. Etic., de talibus est determinandum.

Corr. 1. Iudices timore corrupti sunt socii et fratres Pilati et eorum sentencia est vere pilatina.

Corr. 2. Pilatus minus peccavit timore corruptus quam Judei ipsum corrumpentes. Patet corr. ex conclusione et Joh. XIX:[1]) *Qui me tibi tradidit, maius peccatum habet.*

Conclusio responsalis. Universaliter ita est ceteris paribus, quod pars corrumpens gravius peccet quam iudex corruptus. Conclusio probatur sic: Quicunque vult plus, intensius et vehemencius iniustum quam alius, ille plus peccat; pars corrumpens universaliter vult plus, intensius et vehemencius iniustum quam iudex — igitur plus et gravius peccat quam iudex. Consequencia nota est, similiter et maior, cum voluntas seu velle sit principale agens et originale peccati. Qui ergo plus, intensius et vehemencius vult quam alius iniustum, talis plus, intensius et vehemencius recedit et deficit a iusto — ergo; plus deficere est plus peccare. Sed minor probatur: quia pars corrumpens communiter querit tria mala sc. vincere et pervertere iudicem, 2. falsum iudicium, 3. communiter rem alienam, et hoc cum magna et vehementi instancia, munera dando vel timorem incuciendo et sic de aliis; sed iudex hoc non querit, ita saltem intense — graviter enim abiudicat iniuste et cum remorsu et valde remisse. Unde iudex bene querit pecuniam, sed non falsum iudicium vel rem alienam, sicut pars facit.

Ista conclusio cum sua probacione patet per primum legiferum, qui in talibus scit bene et distincte solus diffinire, unde dixit Joh. XIX:[1]) *Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* Sunt verba ipsius ad Pilatum, ubi expresse patet, quod Judei, principes sacerdotum et scribe gravius peccaverunt in morte domini Pilatum corrumpentes quam Pilatus iudex ab eis corruptus.

Corr. Coniuratores et moderni conspiratores sunt Judeis et phariseis Christum cruci-

[1]) v. 11.

figentibus deteriores. Nam sicut Judei conspiraverunt contra Christum et eum falsis testibus criminosis accusacionibus mendose multipliciter coram Pilato accusarunt dicentes *reus est mortis:*[1]) sic isti moderni conspiratores non solum contra Christum, sed contra totum regnum Boemie et universitatem nostram Pragensem conspirarunt, ipsam non solum falsis testibus criminosis accusacionibus mendaciter / coram principe regni accusantes, sed in diversis regnis et provinciis suis scriptis[a]) et literis proditorie, quantum est in eis, diffamarunt dicentes: Boemi sunt hereticiet erronei et rei mortis. Sed princeps et dominus noster non sicut Pilatus timore vel muneribus ipsorum corruptus, sed sicut iustissimus Romanorum rex vere et semper Augustus, sciens quod per invidiam[2]) ista commisissent, eosdem iuste de regnis et dominiis suis bannivit et exulavit.

373[a]

Sed quod sint Judeis deteriores, patet. Judei namque per ignoranciam sicut et eorum principes[3]) Christum accusarunt et multi compuncti corde penituerunt, ut dicitur Act. 2. et 3. cap.:[4]) isti autem ex malicia et superbia dyabolica, non ignorancia talia perpetraverunt, non compuncti sed obstinati in malicia sua sicut dyaboli perseverantes usque modo. De quibus verificatur illud:[5]) *Superbia eorum qui te* puta universitatem Pragensem *oderunt, ascendit semper.* Et de talibus conspiratoribus dicit ecclesia per Calixtum papam XI. q. I. ex conc. Calced.:[6]) *Conspiracionum crimina vestris in partibus vigere audivimus ... infames esse censuerunt et non solum facientes sed et eis consencientes.* XI. q. 1 cap. Conspiracionum Calixtus papa ex conc. Calced.[b]), quod tamquam ewangelium est servandum, ut patet XV. dist. Sicut s. ewangelio.[7])

Corr. 1. Omnes titinilli pro eis garrientes in angulis sicut garuli[c]) de regno Boemie post

a) Rkp.: scripturis. — b) Tak! znova. — c) Rkp.: garrilli.

1) Mat. 26, 66. — 2) Mat. 27, 18. — 3) Sk. ap. 3, 7. Rkp.: princeps. 4) Sk. ap. 2, 41; 4, 4. — 5) Ž. 73, 23. — 6) c. 22, opisuje celý. 7) c. 2.

eos iuste sunt banniendi et expellendi. Patet corr. ex premissis. Unde lex dicit et habetur in can. VI. q. I. cap. Quero,[1]) ubi dicit imperator: *Iubemus eciam notabiles esse infamia sine venia, qui pro talibus umquam apud nos temptaverint intervenire.*[a])

Corr. 2. Questio ut proponitur est vera, quamvis conclusio ultima sibi contradicere videatur. Nam regula doctorum[b]) est, quod proposicio habens multiplices sensus si in uno sensu est vera, ipsa proposita simpliciter est concedenda, et non ut falsa, ergo ut vera; et quod questio in uno sensu est vera, patet ex conclusione tercia et eius probacione. Et tanta dixerim de hac questione.[c])

a) Rkp.: venire. — b) Rkp.: doctoris.
c) Za tím: Jessenycz mistr moy.

1) Není v c. Quero (21), nýbrž v následujícím. (Si quis.)

XIV.

LISTY ŠKOTSKÉ.

1.

Hec sunt Nova Scocie a. 1410 Pragam portata.

Z rkp. *budyš.* VIII° 7 (A) col. s *praž.* univ. X E 24 (B).

106^{b} Est quidam armiger nomine Quintinus Folkhyrde[a]), qui insurgit in causa dei manu forti equitando per patrias et palam publicando in materna lingua ista que sequuntur in epistolis, ea per cartulas et cedulas dividendo et cuilibet manum extendenti porrigendo.[b])

Epistola prima.

Quintinus universitati christianorum. Fiat voluntas dei nunc et semper Amen. Cunctis pateat evidenter, quod ecclesia Christi[c]) hic militans in hac miserabili vita adversus diabolum, mundum et carnem, integratur ex tribus partibus. Quarum prima et infima perfeccione est vulgus vivens de laboricio vel arte mechanica et ista pars est bona et secura, si servet mandata dei et labori sit fideliter intenta, suis superioribus ewangelice obediendo. Secunda pars ecclesie sunt domini temporales et ista pars perficiens quod incumbit suo officio est melior sed periculosior. Officium autem suum est legem dei cognoscere et eam defendere, servos Christi protegere et antichristi ministros opprimere. Hec est enim causa,

a) A nad tím: i. e. pastor populi, B v textu. A píše: Folkherde.
b) B: que secuntur in data et divisa per cedulas cuicunque manus extendenti. — c) A in marg.: ex dyalogo Wik.

cur portant gladium, et rex secundum Augustinum est vicarius deitatis. Est autem iste status periculosus et pronus, ut superetur a[1]) superbia, cupiditate mundana et voluptate accidiosa. Tercia vero pars ecclesie et optima est clerus, dum perficit quod incumbit suo officio. Debet autem iste status mundum et eius solicitudinem perfecte relinquere et studio, intelligencia[a]) et vera verbi dei predicacione ambas priores partes vivificare, sacramenta dei gratis et libere ministrare et undiquaque proxime sequi Christum.

Sed quia ista pars apostatat et faciendo contrarium suum officium culpabiliter omittit, videtur quod nulla harum parcium deo plus inimicatur, quia apostolus dicit:[2]) *Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.* Et cum apostolus dicit hoc de quolibet patre et matre familias, qui sue familie curam gerere debet, a forciori verificatur de sacerdotibus, qui spiritualem habent curam domus dei / et propter hanc[b]) recipiunt decimas et oblaciones quasi 107^{a}
pro mercede laboris et opus non faciunt, ut ayt Gregorius, sed dampnabiliter vivunt in suis voluptatibus et defraudant pauperes dei in hiis que secuntur, vid. in non docendo eos legem dei, articulos fidei, oracionem dominicalem, mandata dei et ewangelium Christi in materna lingua, in non disponendo bona ecclesie, que remanent supra eorum parcam necessitatem, relevacioni pauperum[c]) cecorum, pauperum claudorum, pauperum infirmorum, pauperum debilium, pauperum viduarum, pauperum orphanorum, sicut ait Gregorius,[3]) quod causa ruine populi sunt mali sacerdotes. Et quia hec tota iniquitas et multo maior vecorditer, negligenter et ceciter passa est et relicta minime emendata ab hiis, qui a deo ordinantur[d]) ad hoc, vid. ab ipsis summis sacerdotibus et specialiter a dominis temporalibus sc. regibus et ducibus, comitibus, baronibus, militibus et armigeris, qui propter hanc causam portant gladium, ut ait apostolus: ideo ego Quintinus Folkhyrde, servus dei pauperrimus, in defectu horum temporalium dominorum et pro timore,

a) B: studio intelligencie. — b) B: hoc.
c) B: »pauperum ... debilium« nemá.
d) A: emendantur, B: ordinant et ad hoc.

[1]) B nemá. — [2]) I. Tim. 5, 8. — [3]) Citátů z Řehoře nenalézám.

quem habeo eterne dampnacionis, que michi poterit evenire, nisi faciam quod in me est ad emendacionem horum malorum et in remissionem omnium peccatorum meorum palam moveo [a]) guerram divinam super istos dei inimicos et eorum cunctos auxiliatores, in quantum deus suam graciam michi exhibere dignabitur, [b]) sine quo nullum opus bonum poterit iniciari, [c]) veraciter prosequi neque perfecte consumari. In nomine ergo patris et filii et spiritus sancti [d]) Amen. Si quis est domini, ponat gladium super femur suum et iungatur michi — hunc sermonem dixit Moyses, quando adivit bellum in causa dei, ut habetur Ex. XXXII. [1])

Secunda epistola. [e])

Cum autem hec ad aures cleri pervenirent, graviter ea ferebant et cum maxima indignacione primo monebant dominos temporales sibi faventes in dicti Quintini finalem destruccionem et secundo contra ipsum infideliter processerunt censuris [f]) suis indiscretis. Quibus per dictum Quintinum sic
107[b] auditis, tali forma que sequitur specialiter eis perscribebat: /

Quintinus episcopo Glatonensi [g]) cum suis complicibus totoque [h]) clero regni Scocie. Fiat voluntas dei nunc et semper Amen. Per quorundam fidelium relacionem plane intelleximus, quod mirabiliter grave capitis cum proposito [i]) nostro assumpto in purgacionem ecclesie per auctoritatem spiritus dei, qui spirat ubi vult [2]) et dat libere sua dona singulis, [j]) prout sibi placet. Sic quod videtur tum per vestram crudelem regni temporalis procuracionem super nos tum per vestrum infidelem processum, quem fatue ducitis super nos, quod occultare nitimini a christianorum noticia veritatem, informando eos quod totum illud, quod veraciter scripsimus in nostra communi cedula de officio vestro et de defectibus per vos factis in vestro [k]) officio, sit erroneum et hereticum, cum sit plana veritas.

a) B: movere. — b) B: dignetur. — c) B: bene iniciari.
d) B dále: fiat voluntas domini nunc et semper. — e) B: cedula.
f) A psáno: esse furis. — g) Tak rkpp. místo Glasgoviensi.
h) B: toto sc. — i) Tak rkpp. — j) B: singulis singulariter.
k) Rkpp.: vestri.

1) v. 26 n. — 2) Jan 3, 8.

Quapropter requirimus vos et monemus ex parte dei, ut in manifestacione veritatis pro communi [a]) comodo rescribatis nobis et inprobate, si scitis et potestis, per auctoritatem vite et doctrine Christi et suorum apostolorum et per sensum et scripturas vestrorum primitus approbatorum doctorum et sacre scripture expositorum id, quod de vobis scripsimus et de vestro officio, quo facto obligamus nos corrigi, secundum quod Christus et sua lex corrigi statuit quemcunque hereticum hominem et errantem. Et ex altera parte si id, quod diximus de vobis vestroque officio, reperiatur firmum et verum per auctoritates scripture, tunc non feratis hoc graviter, sed prudenter et humiliter prout decet corrigite [b]) errores vestros anteactos, ut et nos et omnes homines clare videamus vestram emendacionem per operum vestrorum atestacionem manifestam. Et hoc eciam per vos facto promittimus vobis supersedere a nostro interponere penes vos et vestra. Et si defeceritis dedignando respondere huic nostre racionabili promissioni, testes manifestos vosmetipsos exhibetis et nobis et cunctis hec presencia scripta visuris vel audituris, quod superbi, stulti estis et obstinati, qui nulla [c]) tractacione vultis emendari, quousque divine ulcionis gladius potenter cadat super vos.

Provideatis igitur et scire nos faciatis per presencium portitorem, [d]) quid agere proponitis in premissis, scientes deo volente quod non proponimus / nostrum dimittere propositum, do- 108[a]
nec vixerimus, et quod firmiter cogitamus mori in isto proposito, cum oportet, et nunquam vobiscum tractare de falsa pace seu treuga in decepcionem communis populi, quemadmodum faciunt omnes vos sustentantes et succurrentes in vestra vita maledicta et non exclamant super vos crudelius quam super fures et latrones, quia exules estis a deo et eius inimici et non sacerdotes in opere, sed solum in nomine. Ideoque nos et omnes christiani, sed specialiter domini temporales tenemur tractare vos non sicut bonos sacerdotes, sed sicut lupos rapaces in pellibus ovinis coopertos.

Et non miremini, quod tam austere vobis loquimur, quia scitote firmiter, quod ex habundancia cordis ad hoc artamur;

a) B: omni. — b) B: tunc facite ad hoc prudenter et humiliter, prout decet et corrigite. — c) B vynech.: exhibetis ... nulla.
d) A: presencium per tenorem.

namque cor nostrum tam graviter et dire vulneratur, quociens occurrit memorie vestra iniqua et maledicta oppressio legis dei et communis populi, per vos et per vestros diucius perpetrata, [a]) quod pocius eligimus mori pro ea destruenda, quam vivere et non facere quod in nobis est ad eius correpcionem. [b]) Et in huiusmodi rei testimonium in literis tripartitis, [c]) una vobis, alia communitati, pro cuius comodo laboramus, et tercia nobismetipsis, sigillum nostri officii fecimus hic apponi. Forma autem sigilli sui est circulus et in medio circuli scutum cum figura crucis cum tribus clavis cruci affixis; in vacuo autem circuli supra scutum forma corone spinee, scriptura vero circularis in circumferencia circuli [d]) est hec: Adiuva, domine deus omnipotens.

Epistola tercia Folkhyrde. [e])

Quintinus Folkhyrde omnibus secularibus dominis et communitati.

Fiat voluntas dei nunc et semper. Omnibus dominis christianis et militibus et armigeris, gladium armave gerentibus in legis dei defensionem aut terram tenentibus per fidem et veritatem a domino summi celi, supplicamus ex parte dei necnon et eosdem requirimus et omni communitati et subiectis fidei chri-
108[b] stiane istud onus iniungimus auctoritate / spiritus dei et periculo, quod quilibet hic necnon in die iudicii terribilis consequetur, quod sacerdos quilibet in sacerdotali ordine constitutus, ubicunque fuerit repertus, qui noscatur a vobis contineri extra limites legis dei, qui quoad mundi pompam [f]) ut dives in corpore apparatur indumentis et penulis preciosis, cultellis et cingulis perornatis auro aliquo vel argento aut qui indutus est pro temporali defensione, ut [g]) diploide, pileo, gladio, pelta, sicca, dagardo, lancea, arcu et sagittis aut armorum aliqua parte pugne pertinente, vel qui communis est mango, venditor aut emptor, aliter quam veraciter censetur suo victui necessario pertinere, exercensque thabernas communes [h]) vini aut alterius potus; insuper sciatis

a) A: pertractata. — b) B: correccionem.
c) B: videntur litere tripartite; A: une, alie. — d) B: sigilli.
e) A: Folkharde. B: Folkherde. — f) B: pompalis.
g) B: cum. — h) B: thabernam communem.

omnes sacerdotes esse extra limites preassumptos, qui sunt in plateis tripudiatores, in foris contuberniones aut ex consuetudine luxurie dediti, inhabitatores domorum cum mulieribus inhonestis, sustinentes viros et feminas luxuriosas, aut equitantes superbe cum sellis, frenis aut calcaribus deauratis aut cum pompa hominum armatorum exibitorum sumptibus eorundem in destruccionem bonorum, que pauperes possiderent; aut si aliquis reperiatur sacerdos, qui magni et boni beneficii est possessor aut redditus alicuius, non trahens moram ad eius ecclesiam nec disponens bona dei remanencia [a]) ultra eius victum necessarium pauperibus fide dignis, ut in nostra cedula declaratur, conversacionem trium statuum explicante, sed in locis residet defensivis, civitate, castro, burgo [b]), ubi exercet vendiciones et empciones mercimoniorum, bona latenter cumulans a profectu aut comodo communitatis, vitam ducendo in pigricia, gula vel luxuria: talem quemlibet agnoscatis a lege domini deviantem et in extremo residentem cornu [c]) dei. [d]) Super quos cornua flamus et adhuc flabimus [e]) de die in diem, donec viderimus eorum correccionem in foribus apparentem. Et voluntas est domini, quod consimiliter vos / agatis, cum in lege dei virtutum sit, quod qui 109[a]
talibus se miscet vel qui talem ut hospitem recipit talibusque favet aut cum tali comedit aut potat aut ei vultum exhibet aliqualem aut eos salutat in plateis, nisi ob eorum emendacionem, est eorundem particeps peccatorum et qui non quantum ad eum pertinet eorum mala corrigit, eis consentit et partem penarum eorumdem est finaliter recepturus. Quilibet ergo vitam ducens in hac via, caveat [f]) et quantum potest nitatur [g]), ut dei voluntas fiat nunc et semper Amen.

Epistola quarta.

Quintinus Folkhyrde [h]) suo curato, omnibus et singulis aliis.

Fiat dei voluntas nunc et semper Amen. Non est tibi igno-

a) B: permanencia. — b) B: aut castro sive burgo.
c) A: i. e. potestate.
d) A: resident, B: in extremo cornu residentem.
e) B: flavimus et adhuc flamus. — f) A: teneat.
g) A: nitet, B: iuvet. — h) A píše: Foklherde.

tum, quomodo premonuimus[a]) omnes tres status ecclesie in generali, quid sit officium cuiuslibet status eiusdem, et super quo proposito fundamur, donec ab hoc seculo exeamus auctoritate spiritus dei. Et tibi in speciali talem damus premonicionem[a]) ex parte dei et periculo, quod in hac vita necnon in futuro[b]) consequitur, quod tu te ipsum disponas cum omni festinancia ad tuos errores preteritos emendandos, sic quod non videamus eos per te amplius sustineri, sed quod hec perficias manifeste que secuntur, h. e. dicere quod dimittas omnem assiduitatem mundanam et domi, ubi tua est ecclesia, moram trahas,[c]) quodque dei mandata in materna lingua tuos vere doceas parochianos.[d]) Insuper predica manifeste tempore competenti ad minus diebus dominicis ewangelium et[e]) epistolam in facie ecclesie omnibus accedentibus ad eandem, et quod a te sint sacramenta libere ministrata sisque decimarum et oblacionum, que sunt pars dei, fidelis dispensator, primo tibi accipiens alimenta et tegimenta necessaria, non tamen omnia illicite delectabilia, residuum vero bonorum dei disponas discrete, cum aliqua eius parte tibi libros emendo legis dei aliquamque eius partem dando pauperibus parochianis et aliis habentibus necessitatem.[f]) Sic quod consi-
109[b] derato / modo vivendi cuiuslibet christiani in suo genere[g]) in tuo sis gradu minimis sumptibus contentus, a mundo maxime longinquus, in tua vita Christo magis propinquus. Et istis in te ad effectum deductis iuxta scire atque posse nos recognoscas tibi amicum plenarium contra volentes te nequiter[h]) impedire. Contrario vero contingenti, quod nullatenus affectamus, vid. quod inobediens sis isti precepto nostro edito auctoritate spiritus dei, tibi notum sit, quod super te et tibi pertinentes faciemus bellum erigi manifestum cum maiori vehemencia quam affectamus super Judeos aut Sarracenos bellum inducere[i]) qualecunque, quia te peiorem tali quocunque tuis operibus es ostendens.

In omnium istorum testimonium hiis literis sigillum nostri officii est appensum.

Finis epistolarum Quintini armigeri Scocie.[j])

a) B: premunivimus, premunicionem. — b) B: futura.
c) B ještě: quod studeas solum in lege divina nec non Pater noster et Credo omniaque. — d) V A psáno: parochiales a opraveno.
e) B: aut. — f) B: indigentibus. — g) B: gradu.
h) B: in predictis nequiter. — i) B: introducere.
j) B ještě: fidelis Amen.

2.

Toto sú nové věci Skockej[a]) vlasti.

Z rkp. *vid.* knih. dv. 4916.

Bieše jeden rytieř řádu a snad ještě jest, jménem Quin- 5[a]
tinus, Folkhyerde přiemím, jenž sě vykládá pastýř lida, kterýžto[b]) povstal jest v buožie při rukú silnú, jezdě po vlastech a krajinách a zjevně ohlašuje přirozeným jazykem tyto věci, ješto dole budú položeny, a ty věci rozdával po listech každému, ktožkoli jemu ruku podal.

Quintinus všie obci křěstanské
pán zemi Škocské.

Buď buožie vóle již nynie i po vše časy Amen. Všem buď známo zjevně, že ta cierkev Kristova, ješto zde rytieří v tomto biedném životě proti ďáblu, světu i tělu, z e t ř í č á s t e k zvláště sě naplňuje. Z kterýchžto částek p r v n i e a najnižšie[c]) stránka všem prospievání jest obecný lid, ješto sě živí svú prací a řemeslem svým, a ta částka cierkvi svaté Kristovy tehdy sě dobřě má a bezpečně prospievá, zachovává-li božie přikázánie a k tomu věrně-li sě obierá svú prací a poslúchá-li všěch nad sebú podle nového zákona a zvláště ve všěm v tom, / což jest z buožieho 5[b]
zákona.

D r u h á stránka té cierkvi svaté jsú páni světští a zemští,[d]) rytieři a panošie, králové, kniežata. A tato stránka koná-li to, co slušie na její úřad, jest lepšie nežli prvnie, ale nebezpečnějšie, neb má viece příčin k hřiechu nežli prvnie. A úřad té stránky jest boží zákon právě poznati a poznajíc jej jeho věrně brániti mečem a Kristovy služebníky a dobrú kněži a kazatele taky brániti, ješto pravdu boží ohlašují, a služebníky a posly antikristovy, ješto sě božie pravdě protiví, všudy je kaziti. Neb proto jest od Boha dán meč světským a proto podle řeči sv. Augustina král jest náměstek božstvie pána Jezu Krista. Ale ten stav jest velmi nebezpečný a hotov velmi ku přěmožení ot pýchy světské, ot lakomstvie a ot rozkoši tělesné.

a) Rkp.: Skociece. — b) Rkp.: kterzysto. — c) Rkp.: naynyssie.
d) Psáno: swyestczii a zemstzii.

Třetí stránka cierkvi [a]) svaté Kristovy pravé, jenž má býti najlepšie, když učiní což na její úřad slušie, a to jest duchovnie žákovstvo. A na ten stav slušie svět i jich všecko pečo-
6[a] vánie o světských věcech [b]) / dokonale opustiti a slovem buožím a ze všie plnosti obieráním v zákoně božiem ve dne i v noci a věrným kázáním aby obě dřěvnie stránce obživoval a svátosti buoží aby jiným stránkám posluhoval svobodně, darmo, pro buoh, a ve všem svém běhu aby nad jiné stránky blíže Krista následoval.

Ale že ta stránka žákovstva daleko již pobiehá od božieho zákona a činí spět mnoho velmi nešlechetně a téměř všecko, což na ten úřad slušie, opúštie, tak že sě zdá mnohým, že žádná stránka jiná tak nepřátelsky [c]) sě neprotiví buohu svému, jako tato třetí kněská [d]), a jako die sv. Pavel, »*ktož o svých a najviece domácích péče nemá, viery jest zapřěl a horší jest nežli pohan nevěrný,*« a poněvadž to sv. Pavel die o každém hospodáři v jeho čeledi domácie, o niežto má péči mieti, ovšem pak mnoho viec sě to plní o kněžích, ješto duchovní péči mají mieti o domu božím a proto berú desátky, oběti mnohé jakžto za svú práci, avšak
6[b] skutkem toho neukazují [e]), / jakož die sv. Řehoř, ale hanebně sú živi v svých rozkoších a lstivě klamají chudé lidi, zvláště [v] těchto kusích: Najprve že neučí lidu zákona buožieho ani lid spravují o článciech viery křesťanské ani vypravují lidem, kterak mají rozoměti páteři ani buožiemu přikázánie ani Kristovu čtenie jazykem přirozeným, ani z těch všěch almužen, kterézto berú, kostelních, ješto jim mimo potřěbu zóstávají, chudým dávají, nuzným [f]), potřěbným ani chudým vdovám ani chudým sirotkóm, tak že, jakož die sv. Řehoř, toho že sú lidé daleko padli ot boha, ot jeho cesty i pravdy, příčina najvětčie obecně sú kněží zlí.

A z toho ze všeho, co ta stránka kněská trpí ot světských tresktánie, co pótek a protivenstvie ot králev, ot kniežat, ot rytieřóv, ot panoší, ješto proto meč nesú, aby sě té třetí stránce v zlém protivili, avšak ještě málo nebo nic nechce sě polepšiti v duchovním prospievání.

[a]) Rkp.: cierkev. — [b]) Psáno: vyezyech.
[c]) Psáno: neprzatelskie. — [d]) Tak obyčejně rkp.
[e]) Psáno: nevezasugij. — [f]) Rkp.: nuzym.

Ale že světští [a]) páni právě božie pravdy neznajíc, velmi jsú lení / sě protiviti kněské [b]) zlosti, protož já Quintinus 7[a]
Folkhyerde služebník boží chtě některak nahraditi světské ruky a pro bázeň boží, ježto sě bojím, abych na věky nebyl buoha otlúčen proto, nepřičiním-li [c]) sě a nepostavím-li sě plně proti zlosti kněské, toho sě boje, učiním což jest na mně, abych také za to vzal [d]) od boha všěch hřiechóv otpuščenie.

Protož již zjevně počínám válku držeti proti zlosti a pokrytství kněskému [e]), a toť jest buožie válka proti božím nepřátelóm i proti jich všěm pomocníkóm. A to mienim tak daleko vésti, jakž daleko pán buoh z své pójčí milosti, bez jeho[ž] nic dobrého ani sě móž počieti ani konati.

Protož ve jmě otcě i syna i svatého ducha, buď vóle boží vždy i nynie i po vše časy Amen. Jest-li kto věrný boží služebník, vopas sě mečem na svá bedra a buď se mnú, jakožto někdy [f]) tak jest řekl Mojžieš, když jest počal boj v při božie, mstě pána boha.

Druhý list. / 7[b]

Když tyto věci, jakž [g]) psáno napřěd, přišly sú v uši žákovstvu, těžko sú to sobě vzěli a z velikého hněvu a protivenstvie jeli sú sě napomínati světských pánóv, ješto jim přějiechu, aby toho pana Quintina konečně zetřěli a zkazili; a druhé proti němu pozdvihli sú sě kledbami a póhony [h]) neřádnými, jenž sú proti bohu a jeho zákonu. Kterézto věci uslyšav pan Quintinus, jal sě jest jim list psáti tiemto řádem.

Pan Quintinus biskupu Glotoneskému i s jeho preláty i všěmu žákovstvu královstvie Skocského. [i])

Buď vóle boží již nynie i po vše časy Amen. Skrzě některých věrných zprávu věrnú a upřiemnú sme rozuměli, že divně [j]) a těžce béřete to sobě, že z úmysla našeho mienieme

[a]) Rkp.: swyetsczii. — [b]) Zde psáno: knyescke.
[c]) Rkp. neprzyczynymyly sie a nepostavymyly sie.
[d]) Psáno: vssal. — [e]) Psáno: knyetskemu.
[f]) Psáno: nyetkdy. — [g]) Rkp.: již.
[h]) Rkp.: kledbamy, pohonymy. — [i]) Psáno: Skoczeskeho.
[j]) Rkp.: dywny.

očiščení kostela kněského skrze právo a moc ducha božieho, jenž dýchá kdež ráčí a svobodně dává dary své každému zvláště, jakž mu sě líbí. Tak že zdá sě skrze vašě ukrutné panování nad
8a světským sbožím i nad námi lidské i našě / spasenie velmi odmeškáváte a té pravdy boží, ješto jest proti vám, nechcete lidem ohlašovati: protož to všecko sme napsali, což jest na tomto listu pravdy boží proti vám, z našeho úřadu panského a rytieřského[a]) proti vašim velikým nedostatkóm a proti vašim bludóm a kacieřství. A jednoť zjevnú pravdú boží, jenž jest zjevně položena v božím zákonu, pójdu proti vašie zlosti a vašemu bludu.

Protož napomínáme vás ot boha, abyste o zjevné pravdě boží což by bylo k obecnému řádu božímu a k lidskému spasení, abyste nám otepsali a podobnú toho otpověď dali. A byl-li bych na čěm scestie[b]), [dokažte] viete-li a móžete-li, skrze zákon Kristóv a jeho apoštolóv, skrze smysl a písmo vašich svatých prvních doctorov a svatého písma, zvláště v tom, co o vás sem psal i o vašem úřadě, co na vás slušie, a chci rád od vás tresktán býti řádem tiem, kterýžto jest Kristus a jeho zákon ustavil k tresktání tak bludného člověka. Pakli s druhé strany což smy řekli o vás a o vašem úřadu, bude nalezeno pravé a podobné a písmem sva-
8b tým potvrzené, / tehdy učiňte k tomu múdře a pokorně jakož to slušie a opravte bludy vašě dřieve řečené, abychme i my všichni lidé zjevně seznali[c]) vašě opravenie skrzě zjevné vašich dobrých skutkóv ukázánie a svědčenie. A to také i my slibujeme vám, že ostanete-li zlého a polepšíte sě jako slušie na váš řád, chceme toho nechati, což sme počeli vésti a vám ke všemu dobrému chceme pomocni býti, ač budete toho potřěbovati. Pakli však[d]) toto psanie i našě sliby zavrzete, již sě nám zjevíty tiem, že ste bláznivi a hrdi a zatvrzeni v zlosti, jakožto takoví, ješto nižádným obyčějem nechcete tresktáni býti, ažť meč božské pomsty zjevně přide na vás.

Protož jednajtež[e]) tak jako slušie a nám otpověď dajte, co mieniete činiti v tomto běhu, což my nynie vám píšeme. Než to vězte, že s boží pomocí a vólí nemienieme toho našeho úmysla otpustiti, ale před sě[f]) vésti a konati, doněvadž smy živi, a což

a) Psáno: rytierzkeho. — b) Psáno: sczyestye.
c) Rkp.: szesnaly. — d) Rkp.: Pakly wassye.
e) Rkp.: zdyenaytez. — f) Psáno: pryed ze.

sobě na mysli pevně ukládáme, v tom když bude potřěba, až do smrti stanem a nechceme sě s vámi sjednati nižádných rokóv / 9a
a žádný falešný pokoj tohoto světa ani kterého příměří chceme s vámi mieti; neb by to bylo na svedenie obecného lidu, jakož činí všichni, ješto vás trpie u vašie zlosti a vám sú pomocni, ješto proti vám nekřičie, jakožto to [slušie] na zloděje[a]) a lotry a na boží nepřátely, ješto ste vešken svět svedli, ješto néste kněží skutkem, než toliko jménem.

Protož my i všichni křesťané a zvláště my páni zemští[b]), rytieři i panošie dlužni[b]) sme již povstati proti vám, ne jakožto proti dobrým kněžím, ale jakožto proti vlkóm dravým ovčí koží přikrytým. A nedivte sě, že vám tak tvrdě mluvíme na tomto listu; nebo zajisté to vězte, že z hojnosti srdce k tomu sme přinuceni, nebo srdce našě těžce raněno bývá, kolikrát na paměť přicházie[c]) váš zlořečený život a z toho ot vás potupenie veliké božieho zákona a netbánie spasení lidského[d]) a že tak dávno a dlúho v tom stojíte, že již radějše sobě zvolujem umřieti za zetřěnie a zkaženie těch vašich velikých neřádóv, nežli živu býti a nic k tomu neučiniti / což jest na nás.[e]) 9b

A tomuto listu na svědectvie listy posieláme troje: jeden vám kněžím, druhý všie obci křesťanské, pro kterézto obci řádu navedenie my chceme s boží pomocí o to státi a pracovati, a třetí list světské moci našeho řádu posieláme.[f])

Pečeť našeho řádu tuto smy kázali přiložiti a způsoba té pečeti jest okršlek nebo kolo a v prostředce toho kola štít [s] znamením[g]) kříže a se třěmi[g]) hřěbíky k kříži přibitými, v prázném poli toho okršlka nad štítem spósoba koruny hlohové, a písmo všudy vuokol toho okršlka té pečeti jest toto: Pomoz, pane bože všemohúcí.

Třetí list

pan Quintinus posielá pánóm světským a všie obci.

Buď vóle božie již nynie i po vše časy Amen. Všem pánóm, rytieřóm, panošiem křesťanóm, ješto meč a oděnie nesú ku

a) Rkp.: slogyge, lotrzy. — b) Psáno: zemstcii, dlusny.
c) Psáno: przychassye. — d) Psáno: lidsczkeho. — e) Rkp.: was.
f) Rkp.: pozyelame. — g) Rkp.: snamenym, trzymy.

obraně buožieho zákona, ješto země panstvie držie a vládnú skrze vieru a pravdu ot najvyššieho pána boha nebeského. K nimžto prosby podáváme i od boha jich napomínáme, aby
10a nám kněské zlosti pomáhali zkaziti, a k té / muž všie obcě křesťanské napomínáme mocí a právem ducha svatého, aby s námi túž práci podstúpili, chtie-li zachováni býti od budúcie hrozné božie pomsty. Neb najprve slušie na vás staviti to na knězi, když kto [a]) bude nalezen, an nedrží božieho zákona, gešto sě pyšně vede podle světa, ješto velmi stojí po zboží a po lakomství a ješto v drahém a rozkošném rúše chodie i v střiebrných pasích i v odění světském, s mečem, [s] samostřielem a s koněm a střělci a s panošemi neb s jinú světskú pomocí; neb povede-li které světské běhy, ješto neslušie na jeho kněstvie, aby jemu všecko bylo pobráno i otjato.

Dále vězte všichni páni světští, že ti všickni kněží jsú [b]) zle živi proti božiemu zákonu, ješto sě po krčmách túlají a opíjejí sě a frejóv hledají a tančie po sobě, neb ješto v kostky hrají neb krčmy držie nebo ješto doma cuběny chovají a jiným zlý příklad dávají, slepí sú a lid k spasení zpravovati nic neumějí
10b a chudých almužnu zle tratie, ani káží čtení boží ani / epištol ani učie božie přikázánie aniž tu almužnu, kterúž berú mimo svú potřebu, chudým rozdávají, než v domiech, hradiech [v] rozkoši a v marnosti mrhají, v lakotě, v smilstvie, v pýše sú živi v pokryctví, ješto sě milovníkóm božie pravdy [c]) protivie a jich pohonie a ješto je klnú a do žaláře sázějí.

Ey těm všem sě protivíme a chceme sě protiviti den ote dne, doněvadž neuzříme na nich polepšenie. A vóleť jest boží k tomu, abyste vy všichni páni též činili. Neboť jest psáno, že ktožkolivěk sě přiměšuje k takovým neb přěje [d]) takovým neb ktož přijímá takové do svého domu neb kto s takovým jie neb pie neb ukáže jim ochotnú tvář neb jich na ulici pozdraví, ne k jich polepšení, jest účasten jich hřiechóv; a ktožkolivěk což móž najdále jich sě zlosti neprotiví, ten jim zlosti povoluje a částku vezme té konečně pomsty s nimi, kterúžto mají oni trpěti. Protož každý na tomto životě chtě živ býti bez hřiechóv

a) Rkp.: kdyzto. — b) Rkp.: gsucz. — c) Rkp.: pravdye.
d) Rkp.: przyge.

a buohu sě chtě slíbiti, budiž pomocen tomuto dobrému úmyslu, ať by sě buoží vóle plnila již nynie i po vše časy Amen. [a])

Čtvrtý list

pan Quintin psal jest svému faráři i všem jiným farářóm.

Buď vóle boží již nynie i po vše [b]) časy Amen. Nebuď [c]) tebe tajno, že sme obeslali [d]) všeckny tři stránky vóbec v cierkvi svaté a co by slušelo na úřad každého stavu, a na ten úmysl, kteréž sme jim psali, zadáme [e]) sě mocí a právem ducha svatého, až i s tohoto světa sejdeme. A již tobě zvláště od boha přikázánie dáváme a vystříháme tě, aby všech svých bludóv ostal minutých a aby nechal všech běhóv světských [f]), aby u kostela svého seděl [g]) a tu aby sě vždy učil božiemu zákonu a Otče náš a vieru a božie přikázánie a čtenie a epištole v svátky aby svým osadním [h]) kázal obecně, svobodně, darmo pro buoh svátost rozdával kostelní tu kdež jest potřebie, desátky [a] oběti, ty které sě dostávají, věrně rozdávaj [i]) tu kdež mají rozdány býti a najprve sám z toho sobě vezmeš sprostný pokrm [j]) a oděv ku potřebě, ne k rozkoši, a ostatek mimo potřebu kněh potřebných v osadě nebo jinde rozdávaj. [k]) A tak znamenaj, [k]) kterak každý právě živ má býti podle svého řádu. Ty měj dosti na nejmenšie věci, od světa sě najdále vzdaluj, v životě pána Jezu Krista najbliže následuj, a když to všecko naplníš jak najdále budeš moci a najlépe, věziš, že na nás budeš mieti dobrého přietele a velikého obránce proti těm všem, ještoť by v tom dobrém počatém překáželi. [l]) Pakli toho neučiníš, což tuto / boží mocí a právem při- 11b
kazujem, čehož bože nedaj, tehdy to věz, že sě proti tobě vzdvihnem silně a horlivěji nežli proti Židóm a [m]) Saracenóm, též proti každému zlému knězi nepříteli pravdy božie. [n]) Neb

a) Za tím rubr.: Pane Bože, pomoz. — b) Rkp.: sve.
c) Rkp.: Neb bud. — d) obeslai. — e) zakládáme? (fundamur).
f) Rkp.: swiecztkych. — g) Rkp.: swu sedil.
h) Rkp.: swymi ossadnymy. — i) Rkp.: rozdawagi.
j) Psáno: porkmy. — k) Rkp.: rozdawagi, znamenagi.
l) Rkp.: przekazali. — m) Rkp. any.
n) Rkp.: neprzateli pravdie bozie.

svými sě skutky ukazujete, žeť ste horší [a]) než zjevnie [a]) hřiešníci. A tomu všemu na svědomie těmto listóm pečeť jest přivěšena.

A tak jest konec těch epištol [b]) pana Quintina rytíře Skotckého Amen.

---

a) Psáno: horzi, zevnie. — b) Rkp.: epistolech.

XV.

EPISTOLA JOANNIS ANDREAE RECTORIS AD PAPAM JOANNEM XXIII.

Z rkp. *víd.* dv. 4902.

Petit, ut in universitate Pragensi libri Wiclef adhiberi possint. (12. Sept. 1410.)

Subieccione humili ad oscula sanctitatis. Beatissime pater! 119b
Spectabilem dominum Anthonium de Montecatino Vestre Sanctitatis nunccium cum ea qua decuit reverencia grato suscepimus animo et gaudentes in domino visis mandatis Vestre Beatitudinis ea mox solenniter deduximus ad effectum, rogantes altissimum dominum, quatenus suam ecclesiam Vestre Sanctitatis mediante regimine in pace tranquilla dignaretur graciosius gubernare. Unde vere pacis, in qua bene pacis colitur auctor, postulantes vinculum, Vestre Sanctitati flexis poplicibus supplicamus, quatenus ad elidendum regni Boemie discidium, honorem conservandum et ad fructificacionem scienciarum in nostre universitatis suppositis libris Mgri Johannis Wyclef uti in veris et licitis concedere dignaretur. Novit enim Vestre Sanctitatis clemencia, qualiter sanctorum concors sentencia edocet libros hereticorum legere, falsa in eis rescindere et vera in usum convertere ecclesie militantis. Hec speramus Vestra pie dignabitur exaudire Sanctitas, fructum respiciens uberem filiorum.

Datum ... Joh. Andree ut supra.

XVI.

HUSOVO ODVOLÁNÍ KE KRISTU.

Z rkp. kapit. knih. *staroboleslavské* C 132.

171[a] Že pán buoh všemohúcí, jeden v bytu a troy v osobách, utisknutých jest najprvnějšie a najposlednějšie útočiště a pán, jenž pravdy ostřiehá na věky, činie súd těm, jenž křivdu trpie [1]), blízek jsa všem, jenž volající jsú k němu [2]), v pravdě rozvazuje svázané [3]), vóli těch, jenž sě jeho bojie, čině a ostřiehaje všech milujících sěbe, a rozptyluje všěchny, jenž nechtie sě polepšiti hřiešníky [4]); a Kristus, jenž jest pravý buoh a pravý člověk, v úzkosti své od biskupóv, mistróv a zákoníkóv i od kněží, od nepravých súdcí a svědkóv jsa obklíčen, skrzě smrt najukrutnější a najohavnější od zatracenie věčného vyvolené před světa stvořením [5]) božie syny chtě vykúpiti, tento najdraší příklad ostavil jest na památku svým následovníkóm, aby při svú všemohúciemu a všeho dobrého chtějíciemu [a]) pánu poručili, takto řka: *Viz pane zmařenie mé* [b]), *neb jest povstal nepřietel* [6]), *neb ty jsi pomocník a příjemník mój* [7]); *ty pane ukázal si mi a seznal sem, ty si ukázal mi pilné chytrosti jich a já jako beránek krotký, jenž nešen bývá k oběti, a neseznal sem, že myslili radu řkúce: Pustme dřevo v chléb jeho a vyhlaďme jeho z země živých a jméno jeho nebuď v paměti živých viece. Ale ty pane sabbaoth* (t. j. zástupuov), *jenž súdíš spravedlivě a zkušuješ ledvin i srdcí* (t. j. tajemných věcí nebo myšlení), *ať uzřím*

[a]) Doc. 464 má »omnivolenti« místo »omnis boni volenti«.
[b]) Doc. nemají: meam.

[1]) Ž. 145, 7. — [2]) Ž. 144, 18. — [3]) Ž. 145, 7. — [4]) Ž. 144, 19 n.
[5]) Ef. 1, 4. — [6]) Lament. 1, 9. — [7]) Ž. 118, 114.

pomstu tvú nad nimi, neb sem tobě zjevil (t. j. poručil) *při svú* [1]); *neboť jsú ti rozmnoženi, jenž trápie mě* [2]), *a radu jsú spolu vzěli řkúce: Buoh* [a]) *ho jest opustil, puďte jeho a chopte jeho, nejnie kto by ho vysvobodil.* [3]) Protož *viz pane a znamenaj* [4]), *neb ty si trpělivost má* [5]), *vytrhni mě z nepřátel mých* [6]), *buoh mój ty si, neodchoď ode mne, neb násilé blízké jest a nenie* [b]) *kto by mi pomohl.* [7]) *Bože mój, bože mój, vzezři* [c]) *na mě, proč si mě* [c]) *tak opustil* [8]), *neb jsú mě obklíčili psové mnozí, zbor zlostníkóv obsědl mě* [9]), / *neb jsú mluvili proti mně* 171[b] *jazykem lstivým a řečmi nenávisti obklíčili sú mě a vybojovali sú mě darmo; proto, proč by měli milovati mě, utrhali sú mně* [d]) *a položili sú proti mně zlostné věci za dobré a nenávist za mé milovánie.* [10])

Aj na tomto najsvětějšiem podepřěn jsa vykupitele příkladě [e]), od násilé těžkého, od křivého súdu a kletie domnělého omylně biskupuov, mistróv, zákonníkóv a súdcí na stolici Mojžiešě sediecích [11]) k b o h u s ě o d v o l á v á m (to jest v obtiežení těch súdcí boží pomoc přivolávám), porúčeje jemu svú při, spasitele našeho pána Jezu Krista šlápěje následuje, jakožto svatý a veliký kněz patriarcha Constantinopolitanský J a n Z l a t o ú s t ý ode dvú zború biskupuov a žákovstva nebo kněží odvolal sě, a v naději blahoslavený biskup kněz O n d ř ě j praský biskup a R o b e r t u s linconský biskup od papeže k najvyššiemu a k najspravedlivějšiemu súdci, jenž ani strachem sě zhrozuje, ani přiezní slibuje, ani darem ukřivuje, ani falešnými neb křivými sklamán bývá svědky, křivě súc utištěni pokorně a užitečně sú sě odvolali.

A žádám, aby všichni věrní křěsťané a zvláště kniežata, páni, šlechtici, rytieři, panoši a jiní královstvie českého zeměné věděli a slitovali sě nade mú nad kletbú nehodnú neb omylnú utištěnému (!) tak těžce dobytú zvláště od nabadače a nepřietele mého M i c h a l a S ú d n é h o, někdy faráře sv. Vojtěcha v Novém Městě praském s vólí a s pomocí kanovníkóv pražského

[a]) Psáno: buoch. — [b]) Rkp.: nynie. — [c]) Rkp.: vezři, my.
[d]) Rkp.: mě. — [e]) Rkp.: příkladem.

[1]) Jer. 11, 18—20. — [2]) Ž. 3, 2. — [3]) Ž. 70, 10 n.
[4]) Lament. 1, 11. — [5]) Ž. 70, 5. — [6]) Ž. 58, 2. — [7]) Ž. 21, 11 n.
[8]) Ž. 21, 2. — [9]) Ž. 21, 17. — [10]) Ž. 108, 3—5. — [11]) Mat. 23, 2.

kostela a danú a ohlášenú od Petra sv. Anjela římského kostela kardinála, súdcie vydaného od římského kostela [a]) Jana dvadcátého třetieho, jenž jednak po dvě létě nižádného mým náměstkóm a poručníkóm pře nechtěl dáti slyšení, kteréžto nemá yžádnému, ani pohanu ani kacieři, zapřeno býti, aniž jest chtěl
172[a] kterézkolivěk podobné / hodné výmluvě o nestání mém osobném přivoliti ani obcě učenie pražského svědectvie s visutú pečetí a svědectvie obecných písařóv k svědectvie povolaných chtěl jako milostivý otec přijeti. Protož zjevno jest, že neupadl sem v neposlušenstvie, neb ne z potupení a z hrdosti, ale z příčin hodných, pohnán jsa u dvora papežova nestál sem, i proto že lsti nepřátel položeny sú mi v cěstě, i protože jiných příhody jsú mě vystřiehli: mistra [b]) Stanislava a mistra Štěpána Pálče oblúpenie a vězenie, kteřížto v Bononii pohnáni jsúc chtiec státi, z peněz i z jiných věcí oblúpeni a vězněni [c]) v šatlavě šeredné [d]) a přěmětáni jakožto zlořěčení beze vššho přeslyšenie; i proto že moji poručníci chtěli sú sě ku pokutě ohně s každým, jenž by chtěl proti mně stranú sě postaviti, u dvora papežova zavázati; i proto také že mého poručníka řádem ustaveného v žalář jsú vsadili u toho dvora jakož mním beze vše viny; i proto také že sem byl smieřen svaté paměti s knězem Sbinkem pražským arcibiskupem královú milostí, mezi nímž a mezi mnú i mezi jinými mistry vyřkla sú kniežata a páni rada králova a své pečeti jsú přiložili, aby kněz arcibiskup psal ku papeži, že kacierských bludóv v králevstvie českém v městě pražském a v markravství moravském nevie a že nižádný nejnie v kacieřstvie přemožen a že se mnú mistrem Husí a jinými mistry smířen. A také měl psáti papeži, aby mě stánie, póhonóv a kleteb sprostil.

A poněvadž vššch starých práv duchovních jest spósobenie, aby súdcí navštěvovali miesta, kdež by bylo viny narčenie a tu aby vztázali sě proti obžalovanému na vinu od těch, jenž
172[b] mají s obžalovaným obecenstvie, kteříž by také nebyli zlostni, / hněvivi neb nepřietelé obžalovaného člověka a jenž by byli poctivi, ne hance ale zákona buožieho horliví milovníci a také aby pohnanému hodné a ujištěné a zjevné bylo k miestu přistúpenie a súdce aby nebyl nepřietel obžalovaného i svědkové: zjevno jest, že poněvadž těch příčin mně k stání sě nedostává, k zachování života sem před buohem od neposlušenstvie a od kletby křivé a omylné vymluven: já mistr Jan Hus, kněz a kazatel stvrzený kaple řěčené Bethleem, toto odvolánie obětuji pánu Jezu Kristovi, súdci najspravedlivějšiemu, jenž zná, obraňuje i súdí, oznamuje i daruje bez nedostatka každého člověka spravedlivú při. Amen.

[a]) Tak, místo: *papeže*. — [b]) Psáno: mynystra.
[c]) Rkp.: vězenie. — [d]) Rkp.: šeredně.

XVII.

MGRI STEPHANI DE PÁLEČ TRACTATUS DE ECCLESIA (PARTES SELECTAE).

Z rkp. *krakovské* knih. jagiel. 1761 (A) col. s *mnichov.* 5835 (M) a *lips.* 2110 (L).

1. De ecclesia militante.

[E cap. VI—16 [1b]]. Et hec ecclesia proprie vocatur apostolica, quia eam apostoli vita sua et doctrina post Christi ascensionem fundaverunt [a]), eciam quia ritus ipsius a scriptura et a tradicione apostolica et a consuetudine sancta pullulaverunt (dist. XI. Ecclesiasticarum [1]) et cap. Catholica [2])). Et hoc considerantes patres CCC [b]) et XVIII in concilio Niceno quod est primum inter quatuor concilia, que sicut quatuor ewangelia debent venerari (dist. XV. Sicut sancti ewangelii [3])), apposuerunt ‚apostolicam' dicentes: et unam, sanctam ecclesiam, catholicam et apostolicam. Propter quod istius ecclesie Petrus fuit primum caput vicarium et consequenter quilibet successorum, qui in eius sede rite et legittime residebat, ut de hoc dicetur capitulis de ecclesia romana.

Ex quibus infertur correlarie, quod Huss in primo capitulo et secundo sui tractatus ponens unicam ecclesiam sanctam et universalem graviter errat sic dicens in principio capituli secundi [4]): *Dicto quid est universalis sancta ecclesia et quod tantum est una, sicut tantum unus est numerus omnium predestinatorum, et quod per*

a) L: plantaverunt post ascensionem Christi.
b) A: ecclesiastici.

[1]) c. 5. — [2]) c. 8. — [3]) c. 2. — [4]) Opp. I. 118[a].

orbem terrarum sit diffusa secundum sua membra ... et infra sic infert: *Ex hiis patet quomodo universalis sancta ecclesia est unica sponsa Jesu Christi, virgo finaliter castissima.* Hec ibi. Necesse enim est esse aliam sanctam universalem ecclesiam omnes credentes continentem, ut dictum est, cum sit de hoc scriptura plana. Et ergo sancta universalis ecclesia non est unica, prout unica dicit exclusionem plurium, sicut ipse intelligit sic [a]) et asserit, sed eque bene illa ecclesia predestinatorum est una vel unica propter inclusionem omnium salvandorum a primo predestinato usque ad ultimum in fine mundi protensa, que semper mansit manet et manebit [b]) una et invariata [c]), sicut dictum est supra, et ita debet intelligi scriptura sanctorum, que dicit multitudinem omnium predestinatorum esse unicam sanctam universalem ecclesiam.

Et motivum sui erroris est, quia illam ecclesiam militantem omnes credentes continentem non dicit nec vult dicere sanctam, propter malos et prescitos in ea contentos. Sed in hoc errat, cum b. Gregorius in omelia de sagena et in omelia de decem virginibus sanctam eam [d]) appellat et in pluribus locis librorum Moralium, sicut supra est declaratum.

Alias nec ecclesia predestinatorum deberet dici sancta [16[2a]] ex eadem causa, cum multi christiani predestinati sint mali et plures adhuc Christum per fidem non cognoverunt. Si malicia illorum non impedit ecclesie illius primo modo dicte sanctitatem, ergo et in proposito. Quia, sicut dictum est, sicut in composito racionali ut homine culpa homini non ex parte corporis sed ex parte anime imputatur, sic et sanctitas non ex parte corporis sed ex parte anime composito attribuitur: sic in isto mistico corpore culpa non ex parte aliquarum parcium materialium vel sanctitas, sed ex parte forme debet [e]) imputari vel ascribi. Nunc autem quia forma istius ecclesie semper sancta permanet et inmunis, ista [f]) ecclesia semper est et dicitur sancta. Vel [g]) dicitur sancta racione per-

a) M: ita, L: et ita asserit. — b) L: permansit et permanebit.
c) L: immaculata.
d) M: ecclesiam; ‚et in pluribus ... declaratum' L M nemá.
e) A: deberet. — f) L M: igitur ista.
g) ‚Vel dicitur ... cap. 4. B.' L M nemá.

sonarum sanctarum, quas in se semper inclusit et includit, de quo supra cap. 4. B.

Secundo sequitur correlarie, quod graviter errat negando prescitos, eciam dum sunt in gracia gratum faciente, esse partes vel membra sancte ecclesie catholice. De hoc tractat in cap. 3. et 4. diffuse et signanter in cap. 4 sic concludit ex dictis [1]): *Sed pro obieccione ex iam dictis colligitur, quod nullus prescitus est membrum sancte matris ecclesie catholice. Nam solum unica est mater ecclesia sancta catholica, que impermixte amplexanda est ex caritate perpetua a sponsi dextra post diem iudicii et cum ipsa non habebit alia membra post diem iudicii quam habet et habebit ante diem iudicii, sed omnes post diem iudicii salvandi sunt predestinati, ergo nulli ex hiis ante diem iudicii sunt presciti et per consequens nulli presciti fuerunt membra ecclesie sponse Christi.* Hec ibi. Et in predictis capitulis pluries replicat hoc.

Sed quamvis probacio [a]) sit vera, quod nulli presciti sunt membra illius ecclesie sancte universalis, que est multitudo predestinatorum, cum hoc sit per se notum, cum in tali ecclesia presciti nec sunt nomine [b]) nec merito: tamen illa probacio non infert illud consequens, quod nulli presciti sint membra sancte matris ecclesie catholice, quia per hoc illum errorem vult implicare, quod si papa est prescitus, quod tunc non est membrum ecclesie et sic nec caput ecclesie, quod est error insanus. Vnde sicut errat [16[2b]] unicam sanctam catholicam ecclesiam ponendo, oportet [c]) eum errare consequenter a membris ecclesie prescitos abscidendo. Cum etsi prescitus non sit membrum sancte ecclesie catholice primo modo dicte, est tamen pars et membrum ecclesie militantis, in se predestinatos et prescitos congregantis.

Quod sic probatur. Quia quilibet existens in gracia vita vivit spirituali, cum gracia formaliter [d]) gratificans et acceptam reddens animam suo creatori vocatur eius vita formalis supernaturalis, sicut deus per talem graciam ab anima [e]) habitus et

a) L: probacio sua. — b) L M: numero.
c) M: sic oportet eum consequenter errare; L: sic consequenter oportet eum errare. — d) A: formatur.
e) M: ab ipsa anima; A vynech.

1) Opp. I. 203b.

possessus vocatur ipsius anime vita obiectivalis; et talis vita formalis, cum ipsa secundum se ipsam inexistens creature racionali reddit eo ipso illam creaturam gratam et acceptam deo et diffundens se super opera creature racionalis et redundans in eis facit illa esse vitalia et vivere, quia esse grata et accepta in oculis dei: quodsi talis vita auferretur, tunc sicut ipsa creatura racionalis sic et opera eius mortificantur. Sed notum est, quod illa vita active, cum sit supernaturalis, non dirivatur nisi a Christo capite in membrum sibi caritate colligatum, ergo quilibet in gracia gratum faciente est membrum Christi et per consequens membrum corporis Christi mistici. Sed non quilibet talis est membrum corporis mistici predestinatorum, quia prescitus non, ut ipsemet ponit et bene. Igitur, oportet dare aliud corpus misticum, cuius prescitus existens in gracia sit membrum, et tale corpus misticum erit [a]) ista ecclesia secundo modo dicta, quod fuit probandum.

Item [b]) talis vita formalis est longe nobilior quam vita substancialis creature racionalis, cum ipsa secundum se inexistens creature racionali, reddens eo ipso creaturam [c]) gratam et acceptam deo ipsam deificat, cum ipsa sit vita supernaturalis et deifica, quod substancialis vita racionalis creature se sola facere non potest. Si ergo vita substancialis creature racionalis propagata ab alio per generacionem facit illum esse filium illius hominis naturalem: multo a forciori vita ista supernaturalis incomparabiliter nobilior in aliquam dirivata creaturam racionalem per creatam infusionem et infusam creacionem faciet esse illum filium dei et per consequens membrum eius, igitur membrum ecclesie, que est eius corpus misticum. [17[1a]] Sed non ecclesie predestinatorum, cum nullus prescitus in gracia eciam existens [d]) potest esse membrum illius ecclesie, sicut ipsemet et vere asserit — ergo oportet dare aliam ecclesiam, cuius prescitus existens in gracia sit membrum: illa erit ecclesia militans supra dicta.

Et de hiis filiis loquitur Augustinus in libro de correpcione et gracia sic inquiens: [1]) »Et sunt rursus quidam, qui

a) L: est. — b) L: secundo sic. — c) M: illam creaturam.
d) M: existens eciam in gracia, L: eciam in gracia existens.

1) cap. 8. § 1 de pen. dist. IV.

filii dei propter susceptam vel temporaliter graciam dicuntur a nobis, nec tamen sunt filii dei, de quibus ait idem Joh.: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, hoc est et quando videbantur in nobis (subaudi: i. e. in nostra societate vel numero), sed non erant ex nobis (subaudi: per perseveranciam vel predestinacionem). Vnde subdit: Quodsi fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Johannes loquitur, in filiis dei loco precipuo constitutus. Cum ergo filii dicunt de hiis, qui perseveranciam non habuerunt: ‚exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis', et addunt: ‚quoniam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum', quid aliud dicunt nisi: ‚non erant filii dei, eciam quando erant et professione et nomine filii [a]) dei?'« Subaudi sane: non erant filii dei sc. per predestinacionem vel per perseveranciam, sed eque bene erant veri filii dei tunc quando erant in gracia. Vnde subdit Augustinus: »Non quia iusticiam simulaverunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait: ‚Nam si fuissent utique ex nobis, veram non fictam iusticiam tenuissent utique nobiscum', sed ‚si fuissent inquit ex nobis, permansissent utique nobiscum'. In bono illos volebat procul dubio permanere. Erant utique in bono, sed quia in eo non permanserunt i. e. non usque finem perseveraverunt, non erant inquit ex nobis, et quando erant nobiscum, h. e. non erant ex numero filiorum, et quando erant in fide filiorum, quoniam qui vere filii [sunt] presciti et predestinati, sunt conformes ymaginis filii dei et secundum propositum vocati sunt sancti.« Hec Augustinus.

Ex quibus elicitur plane, quod veri filii dei sunt duplices, quidam secundum [17[1b]] predestinacionem, quibus dat perseveranciam in bono, alii filii dei veri sunt secundum veram iusticiam presentem tantum, quibus non dedit perseveranciam in bono et racione illius carencie perseverancie non dicuntur veri filii dei, cum eis non debeatur finaliter hereditas regni sicut predestinatis. Quemadmodum dicit ipse ad patrem: »ut omne quod dedisti michi, non pereat, sed habeat vitam eternam,« [1]) super quo Augustinus ubi supra: »Hii ergo Christo intelli-

[a]) L M: filiorum.

[1]) Jan 6, 39: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo.

guntur dati, qui ordinati sunt in vitam eternam, ipsi autem sunt illi predestinati et secundum propositum vocati sancti, quorum nullus perit ac per hoc nullus eorum ex bono in malum commutatus finit hanc vitam, quoniam sic est ordinatus et ideo Christo datus, ut non pereat sed habeat vitam eternam.« Hec Augustinus.

Presciti autem, qui pie vivere cernuntur, tales filii eciam [a]) a nobis esse estimantur, qui tamen in rei veritate, quia non habuerunt perseveranciam, nunquam fuerunt tales filii vel vere filii, quibus hereditas regni celestis finaliter debebatur. Vnde Augustinus ubi supra: [1]) »Quia ergo non manserunt [et] non habuerunt perseveranciam, non vere fuerunt, et quando esse videbantur et ita vocabantur; appellamus ergo hos electos et Christi discipulos et dei filios, quia appellandi sunt, quos regeneratos pie vivere cernimus, sed tunc vere sunt quod appellantur, si manserint in eo propter quod sic appellantur; sed cum perseveranciam non habent i. e. in eo quod ceperunt esse non manent, non vere appellantur, propter quod appellantur et non sunt. Apud enim eum sc. deum hoc non sunt, cui notum est quod futuri sunt i. e. ex bonis mali.« Hec Augustinus ubi supra. Ecce Augustinus non negat in hiis verbis prescitos existentes in gracia pie viventes esse filios dei, ymmo appellandi sunt, sed quia nos tales reputamus esse filios dei electos [b]) ex bona vita, qui tamen in bono non finient vitam, et hoc est notum ab eterno deo quales futuri sunt, quia in bono finaliter non permanebunt: ideo apud deum et sic in rei veritate nunquam fuerunt tales sc. electi quibus debebatur regnum celeste finaliter, licet apud nos videbantur et appellabantur esse tales.

[E cap. VII—18[2a]]. Ex hiis iam dictis multa eliciuntur. Primo quod gracia predestinacionis est gracia dei activa increata gratificans, cum sit volicio dei eterna, qua disponit alicui dare graciam finaliter hic in via et beatitudinem eternam. Et cum illa volicio dei eterna mutari non potest, ergo nec predestinatus potest unquam ab illa gracia excidere.

Secundo elicitur, quod illa gracia ex se non accedente

[a]) A L: electi. — [b]) M: et electos.

[1]) ibid. § 2.

gracia formali non facit hominem iustum, bonum et virtuosum simpliciter, cum illa gracia homini non insit formaliter et per modum forme, sed est gracia gratum faciens active per modum agentis, eo quod talis gracia sit ipse deus ordinans et disponens cuilibet predestinato dare vitam eternam, sicut patet ex dictis Augustini supra allegatis. Et per consequens stabit aliquem esse predestinatum et cum hoc iniustum, viciosum et malum, quia infidelem omnino, et sine fide iusticia vel virtus vera haberi non potest, ut dictum est supra.

Tercio elicitur, quod gracia predestinacionis ex se sufficit aliquem denominare filium dei, eciamsi non sit in gracia formali, cum predestinatus pro omni tempore habeat illam graciam predestinacionis, quia volenciam dei ad dandum sibi vitam eternam, que mutari non potest, cum talis nec incipere nec desinere potest, que sufficit eum denominare filium dei, quia ut dicit Augustinus et habetur 32. q. 4. cap. Recurrat: [1]) »Sive intus versari videantur sive aperte foris sunt, quod caro est caro est, et sic quod triticum est triticum est « et per consequens quod filius dei est filius dei est. Et sicut [a]) secundum sentenciam Augustini supra allegatam presciti in gracia existentes, quando esse videbantur et appellabantur ita [b]), non erant filii [c]) dei sc. quibus debebatur finaliter hereditas regni celestis: sic ab opposito predestinati extra existentes vel intra ecclesiam male conversantes, quando esse non videbantur nec ita appellabantur, erant filii dei veri sc. quibus debebatur finaliter [d]) premium regni celorum.

Quarto elicitur, quod stat predestinatum esse et secundum talem graciam filium dei et tamen pro certo tempore non esse membrum corporis mistici vivum. Patet quia non potest esse quis membrum corporis Christi mistici vivum, nisi habeat vitam in se supernaturalem formalem, que reddat ipsum gratum [18[2b]] et acceptum deo

a) A nemá sicut; L: Et secundum sent. supra allegatam.
b) M L: videbantur ita et appellabantur.
c) M: veri filii, L: vere filii.
d) L: quibus suo tempore debebatur.

1) c. 2.

et sic secundum talem vitam vivum spiritualiter. Sed cum predestinatus est in ecclesia in peccato mortali vel extra ecclesiam Christum nondum cognoscens per fidem, non habet talem vitam in se formalem, cum sit mortuus spiritualiter, eo quod fides sine operibus mortua est (Jac. 2) [1]) et omnia opera sine fide mortua sunt — igitur talis predestinatus ad tunc non est membrum corporis Christi vivum, alias a Christo capite reciperet influxum vite spiritualis ad tunc et sic viveret ad tunc spiritualiter, quod non est verum. Vnde ergo predestinacio non facit esse membrum vivum corporis Christi mistici, sed oportet quod accedat gracia formalis, que per modum forme hominem gratificans facit predestinatum membrum esse vivum. Predestinacio enim est dileccio dei formalis et increata, qua vult predestinatos regnare beatifice in patria, et illa nunquam interrumpitur. Sed gracia secundum presentem iusticiam in predestinatis deperditur, sicut patet in Paulo interim quod fuit blasphemus et in Petro qui [a]) negavit Christum.

Quinto elicitur, quod gracia gratum faciens homini inexistens facit ipsum esse membrum Christi vivum. Patet, quia cum gracia talis sit spiritualis vita creature racionalis, que non educitur de potencia mentis create et omnino non de potencia materie corporee, cum sit res omnino spiritualis, que non ab infimis sed solum desursum inmittitur et infunditur iuxta illud Jac. 1: [2]) »Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum descendens est a patre luminum«: igitur oportet quod talis vita a Christo capite dirivetur. Sed non potest dirivari in aliquem, nisi sibi caritate et gracia coniungatur et ut membrum vivum colligetur, quia alias non esset capax influxus spiritualis; et per consequens si habet illam vitam, habet eam a capite influente, cui est spiritualiter colligatum — igitur est membrum vivum illius capitis, cum sicut membra naturalia non habent vitam corporalem nisi ex influxu capitis mediante anima, sic nec membra mistica habent vitam misticam nisi ab ipso [b]) capite et eius influxu mediante gracia.

a) M: quando. — b) L M: a Christo.

1) v. 17. — 2) v. 17.

Sexto elicitur, quod Huss in suo tractatu errat, ponens cap. 4 K et 8 [a]) prescitum existentem in caritate non esse membrum Christi et predestinatum non existentem in gracia formali esse membrum Christi. [19[1a]] Et sic scribit [1]): *Et si obicitur per hoc, quod prescitus existens in caritate temporaliter habet hoc vinculum et per consequens unionem cum Christo, sicut predestinatus existens in crimine caret hoc vinculo et per consequens unione Christi* — et respondet, quod *sicut in humano corpore est dare liquidum fluens et humidum radicale, sic in corpore Christi mistico est dare graciam secundum presentem iusticiam et graciam consumatam. Vnde sicut apostemata per humidum fluens sunt adnata non continuata* [b]) *propter disparitatem nature, sic est de membris dyaboli, licet pro tempore secundum presentem iusticiam sunt adnati; predestinati vero licet ad tempus priventur fluente gracia, habent tamen radicalem graciam, a qua non possunt excidere, et sic predestinati iam iusti habentes duplicem graciam duplici vinculo sunt ligati.* Hec ibi.

Respondetur quod obieccio est vera, quia ita est, quod prescitus existens in caritate habet hoc vinculum et unionem cum Christo, sicut predestinatus existens in crimine vel infidelitate ad tunc non habet hoc vinculum et unionem cum Christo. Potest enim dici, quod nuda predestinacio ut huiusmodi quoad ecclesiam primo modo dictam habet se ad aliqualiter conformiter sicut fides nuda ut huiusmodi ad ecclesiam secundo modo [c]) dictam. Fides autem nuda habet se sicut materia prima, que si remanet informis, non iuvat ad beatitudinem; si autem performata fuerit forma vite deifice sc. caritate, iam illa iustificat et vivificat hominem et facit esse verum membrum Christi. Sic suo modo nuda predestinacio ut huiusmodi respiciens predestinatum, si ipsa remanet informis, ad tunc non facit eum esse membrum Christi et habere unionem cum Christo; si autem performata fuerit gracia gratum faciente, reddit hominem iustum et vivum et membrum Christi, duplici vinculo colligatum forciusque Christo adherentem quam prescitus uno vinculo temporali colligatus. Nichilominus prescitus tali vinculo

a) L M jen: in cap. 4o. — b) A: contaminata, M: concinata.
c) A L: primo modo.

1) Opp. I, 204ab.

colligatus est membrum verum corporis Christi mistici, non ut apostema [et] stercus finaliter egerendum vel ut sputum, flecma, urina, sicut prescitum eciam existentem in gracia talibus assimilat in uno notabili cap. 3. E [1]). Et racio? [a]) Ista iam nominata licet sint in homine, non tamen vere sunt partes corporis naturalis, quia corpori non continuantur [b]) [19[1b]] propter disparitatem nature, prescitus autem quoad naturam racionalem Christo capiti et membris predestinatis conformatur et forma vivens sicut gracia gratum faciens est eque bene mire dignitatis, preciositatis, nobilitatis et efficacie in prescitis sicut in predestinatis quoad tale vinculum et unionem. Igitur talis prescitus existens in gracia est vere membrum Christi et pars corporis mistici et non sicut apostema, stercus, sputum, flecma vel urina sunt in corpore humano.

Si autem aliquando a sanctis doctoribus prescitus humori comparatur, hoc non debet intelligi quoad naturam, sed quoad graciam gratum facientem, que in homine variatur, sicut humor certus aliquando est in homine, aliquando exit ab homine, sic certe prescitus vel certe eciam predestinatus quoad talem graciam, que aliquando sibi inexistit, aliquando non inexistit; et secundum hoc fit frequens variacio membrorum misticorum a corpore Christi, qualiter non fit in membris naturalibus, quia prima colligacio cum sit meritoria est voluntaria, secunda est naturalis, voluntas autem humana post lapsum prona est ad malum, sensus enim et cognicio humani cordis in malum prona sunt ab adolescencia sua (Gen. VIII). [2])

Septimo elicitur, quod Huss graviter errat cap. 4. K ubi supra concedendo quod idem est iustus et iniustus et sic scribit [3]): *Sed quod dicitur contra ista, quod oportet concedere, quod idem simul et semel sit iustus et iniustus, fidelis verus christianus et hereticus, in gracia et akaris i. e. sine gracia et sic de aliis denominacionibus, ex quibus sequitur contradiccio manifesta, respondetur: Hic debet concedi quod idem est simul iustus et iniustus, iustus ex gracia predestinacionis, iniustus ex vicio deperdibili, qualis fuit Petrus in negando Christum et*

a) M: racio, oprav: ideo; L: Et est racio.
b) M po str. červ.: vel connumerantur.

1) Opp. I, 199b. — 2) v. 21. — 3) Opp. I, 204b.

Paulus persequendo ipsum. Ipsi enim a caritate predestinacionis tunc non exciderunt et per consequens secundum illam erant in gracia et sic iusti, et quia tunc erant in crimine et sic privati fluente gracia temporali. Hec ibi.

Respondetur, quod impossibile est, quod idem simul et semel sit iustus et iniustus, cum tunc esset membrum corporis mistici et non esset membrum corporis mistici et mereretur simul et semel et demereretur. Sed hoc est absurdum. Nec motivum suum concludit. Petrus enim dum Christum negavit, similiter Paulus dum ipsum persequebatur, semper erant in gracia predestinacionis, sed ex hoc [19^{2a}] non sequitur, quod tunc erant iusti, quia gracia predestinacionis, cum non insit predestinato per modum forme, eo quod sit volicio dei eterna, non denominat eos iustos, cum predestinati fuerunt antequam fuerunt,[a]) sed non iusti, ut supra dictum est. Ergo ad tempus [b]) Petrus et Paulus fuerunt simpliciter iniusti. Nec contraria habent ibi locum sc. iusticia et iniusticia, quia dicit non repugnare simul et semel inesse eidem sed non secundum idem. Oporteret enim inesse illa eidem secundum idem, nec possunt illa contraria aliter inesse nisi secundum idem, quia secundum eandem animam indivisibilem, cui simul iusticia et iniusticia inesse non potest. Secus est de aliis contrariis, que insunt corpori, que possunt simul et semel inesse eidem corpori sed non secundum idem i. e. secundum eandem partem, in anima autem racionali non possunt esse tales partes, cum sit indivisibilis.

Vnde licet gracia predestinacionis sufficiat denominare predestinatum pro quolibet tempore filium dei, quia filium dei futurum, non tamen sufficit denominare eundem pro quolibet tempore iustum, cum iusticia sit forma absoluta, que non potest denominare aliquem iustum pro aliquo tempore, nisi eidem pro eodem tempore inesset per modum forme. Nam dicit Aymo super illo verbo apostoli ‚ut adopcionem filiorum reciperemus': [1]) »Predestinatus per peccatum mortale demeretur eligi ad vitam eternam et reddit se indignum talis eleccionis et omnis boni et sic per peccatum mortale perdit deum et suam graciam et eleccionem, quam nichilominus deus de gracia sua illi servat re-

a) M: nati fuerunt. — b) L M: ad tunc.

1) *Migne* P. L. 117 col. 685 není.

vocando eum a statu perdicionis et indignitatis ad statum dignitatis et invencionis gracie et eleccionis dei.«

Igitur Huss concedendo predestinatum in mortali crimine existentem esse iustum, errat fatue et decipitur circa loycam et gravius deceptus circa distinccionem ecclesie, circa membra ecclesie et partes eius sicut cecus palpitat, ponens varias distincciones ecclesie et esse in ecclesia, in quibus sibi ipsi contradicit. Ponit enim primo quod presciti non sunt de ecclesia cap. 3. E et postea in eodem cap. F ponit distinccionem, quod dupliciter possunt esse homines de sancta matre ecclesia sc. secundum predestinacionem ad vitam eternam et secundum predestinacionem solum ad presentem iusticiam. [19^{2b}] Et ex hac distinccione sequitur, quod presciti sunt de ecclesia sancta, quod est oppositum primi. Ponit eciam ante hoc in eodem cap. quatuor modos essendi in ecclesia et postea in principio capituli quinti ponit quinque modos, qui modi omnes sufficienter ad duos modos reducuntur.

Pro illo ergo sciendum, quod dupliciter sunt homines in ecclesia sancta, primo modo vel secundo modo dicta: quidam sunt numero tantum, alii numero et merito. Est enim triplex meritum, quo qui Christo tamquam capiti membra in ecclesia militante precipue colligantur sc. fides, spes et caritas. Hic est triplex funiculus, qui difficiliter rumpitur (Eccl. 4) [1]). Nam si unus rumpitur vel duo rumpuntur, si remanet fides quoad credita, adhuc illo funiculo talis christianus nomine tantum ipsi Christo capiti colligatur. Fides enim est primum, minimum [a]) et infimum genus adhesionis et cognicionis in mente humana, qua ipsa mens humana primo et infime secundum genus habitu vel actu vel utrimque simul adheret prime veritati; postea via ascendendi ab imperfecciori ad perfectum succedit secundum genus et tercium perfeccius sc. spei et caritatis. Fides enim est sicut materia prima vite deifice, qua unitur deo et per consequens primus funiculus vel vinculum unionis cum Christo. Et sicut creatura vitalis corporea cum debet deduci de nichilo ad vitam nature, oportet primo quod de esse nichili procedatur ad materiam primam corpoream, que naturaliter prius est infor-

a) L: necessarium.

1) v. 12.

mis quam formata, et nisi talis materia vita naturali corporali performetur, non surgit creatura vitalis corporea: sic cum omnes per peccatum originale deciderunt in nichilum peccati iuxta illud Ps.: ‚ad nichilum redactus sum et nescivi,' [1]) si debent creari et deduci in esse vite gratuite spiritualis, oportet conformiter, quod ibi de illo esse nichili procedatur ad materiam primam illius vite spiritualis sc. ad fidem, que si remanet informis, non surgit vita gratuita spiritualis, si autem performata fuerit forma vite deifice sc. caritate, iustificat [a]) hominem, reddens eum carum et gratum deo et per consequens faciens ipsum esse membrum Christi vivum tamquam membrum Christo capiti colligatum. Si autem remanet informis, facit illum esse membrum Christi aridum et sic esse in ecclesia n u m e r o tantum. Sicut enim homo habens duas manus, unam aridam non suscipientem influxum a capite et aliam vivam [20'a] influxus participem, dicitur habere duas manus: sic omnis christianus habens fidem informem est membrum Christi aridum, non suscipiens influxum a capite Christo, et sic est in ecclesia n u m e r o tantum.

[20^{2b}] Ex quibus elicitur, quod n u l l u s h e r e t i c u s v e l i n f i d e l i s e s t i n e c c l e s i a d e i m i l i t a n t e, quia introitus in ecclesiam est per fidem integram quoad credita, cum sit ille primus, minimus et infimus funiculus, quo quis Christo aliquali amicicia et sic unione colligatur.

S e c u n d o elicitur, quod p r e d e s t i n a t u s interim quod est infidelis non est in ecclesia militante, quia nec numero tantum nec numero et merito, qui fidem nondum habet. Predestinacio enim eum non facit esse in ecclesia militante, postquam nullo funiculo ecclesie militantis sc. fide, spe vel caritate Christo colligatur. Non obstat tamen, quod talis predestinatus sit in ecclesia primo modo dicta numero tantum, cum sit unus ex illo cumulo predestinatorum, non tamen in ecclesia militante.

T e r c i o elicitur, quod o m n e s f i d e l e s quoad credita i n c a r i t a t e n o n e x i s t e n t e s s u n t i n e c c l e s i a et d e e c c l e s i a m i l i t a n t e, s e d s u n t s i c u t m e m b r a

[a]) L M: iustificat et vivificat.

[1]) Ž. 72, 22.

a r i d a, que dum non habent in se vitam spiritualem et deificam, non sunt capacia influxus spiritualis a Christo capite in membra viva descendentis et per consequens non sunt capacia communionis sanctorum. Nam ad capacitatem huiusmodi sunt tria necessaria et ad minus requiruntur sc. fides, obediencia et caritas, ut volens esse capax influxus spiritualis et particeps communionis sanctorum oportet quod fideliter credat quoad omnia credita explicite vel implicite, humiliter obediat et veraciter diligat. Qui rumpit fidem, fit hereticus; qui rumpit [21'a] obedienciam, fit scismaticus et qui rumpit caritatem, fit de facto excommunicatus, saltem excommunicacione minore, qua separatur ab influxu Christi capitis et a sanctorum communione.

Studeamus ergo fidem habere integram erga deum, obedienciam erga superiores et precipue supremum vicarium Jesu Christi et caritatem erga proximum conservare et in illis tribus amplius et amplius proficere, quia secundum quod aliquis per dictas [a]) tres virtutes se plus disponit ad capacitatem applicando vires suas cum maiori fervore et labore, ut habeat fidem et obedienciam et caritatem perfectam [b]), tanto plus participat de influxu [c]) a Christo capite et bonorum, que fiunt per sanctos in ecclesia militante.

Vnde ergo illi V y c l e f i s t e, qui ex contemptu pape vicario Jesu Christi nolunt obedire, sciant se de bonis ecclesie militantis non participare nec claves eiusdem ecclesie se extendere ad ipsos, quia frustra implorat auxilium ecclesie, qui in ipsam delinquit (XVII. q. IV. Ad episcopos [1]) et Extra de immunit. eccl. cap. ult.) [2]). Notum autem est, quod qui delinquit in caput ecclesie vicarium sc. ipsum apostolicum, delinquit in ipsum Christum, caput eiusdem ecclesie principale, et per consequens in ecclesiam delinquit. Quare auxilia ecclesie militantis tali debent merito denegari, quia sicut ‚si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum odit, mendax est' [3]), sic qui dixerit ‚obedio deo et nolens obedire suo vicario mendax est, cum ipse salvator dicit

[a]) A M: predictas. Korektor v M doplňuje: secundum predictas.
[b]) M: caritate performatam. — [c]) A: fluxu.

[1]) c. 11. — [2]) cap. 10. X III, 49. — [3]) Jan 4, 20.

Luc. X:[1]) »Qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit.« Propter quod precipiendo dicit singulis Mat. 23:[2]) »Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei, quecunque dixerint vobis, servate et facite, secundum opera autem eorum nolite facere.« Nunc autem papa et prelati non in sede Moysi, sed in ea resident que est Jesu Christi.

Quarto elicitur, quod Huss cap. 3. F errorem scripsit sic inquiens[3]): *Vnde videtur esse probabile, quod sicut Paulus fuit simul blasphemus secundum presentem iniusticiam et de sancta matre ecclesia et cum hoc fidelis* [21[1b]] *atque in gracia secundum predestinacionem vite eterne, sic Scharioth fuit simul in gracia secundum presentem iusticiam et nunquam de sancta matre ecclesia secundum predestinacionem vite eterne, cum defecit sibi predestinacio, et sic Scarioth licet fuit apostolus vel episcopus a Christo electus, quod est nomen officii, nunquam tamen fuit pars sancte universalis ecclesie, sicut Paulus nunquam fuit membrum dyaboli.* Hec ibi. Quia sicut supra dictum est, Paulus cum fuit blasfemus, licet fuerit in gracia predestinacionis, tamen tunc non fuit fidelis, sed reddidit se indignum talis eleccionis et omnis boni et per infidelitatem suam et persecucionem, qua ecclesiam persequebatur, perdidit ad tunc deum et suam graciam et eleccionem et sic fuit membrum dyaboli, licet postea ex gracia dei ad statum eleccionis fuit revocatus: sic suo modo Judas interim quod fuit in gracia gratum faciente fuit pars sancte universalis ecclesie sc. militantis, de qua iam per totum fuit sermo, licet nunquam fuit pars vel membrum ecclesie sancte predestinatorum, cum nunquam fuit predestinatus.

Ex istis ultimo elicitur error suus gravis in non ponendo istam ecclesiam sanctam universalem, alteram a prima ecclesia predestinatorum, quia oportet eum in plures errores incidere, ut ostensum est. Et non mirum, quia uno inconvenienti dato multa secuntur. Et tantum de illa ecclesia.

---

[1]) v. 16. — [2]) v. 2 n. — [3]) Opp. I, 200[a].

2. *De primatu romano.*

[E cap. IX—27[1b]]. Est enim potestas et auctoritas sedis apostolice universalis, habens ut est sepe dictum non parcialiter et particulariter sed universaliter et totaliter cognoscere et diffinire non solum in causa ecclesiastica, sed in civilibus causis i. e. secularibus, de quanto ad materiam et in materiam ecclesiasticam ordinande sunt ut in per se finem. Vnde Paulus ut plenitudinem potestatis illius exponeret I. ad Cor. VI ait:[1]) »Nescitis quoniam angelos iudicabitis, quanto magis secularia.« Hanc eciam plenitudinem potestatis idem Paulus recognoscens a conversione sua post tres annos venit Jerusalem videre Petrum, ut patet ad Gal. 1.[2]) Que et qualis causa potuit sibi fuisse per longam viam pergere Jerusalem? Non ut ab eo[a]) disceret, ut dicit glosa ibidem, quia iam supra modum magnus fuit et divinus in sapiencia et moribus; nec venit, ut videret eum tantum corporaliter, cum Christus discipulis suis dixit, [27[2a]] quomodo expediret eis, ut ipse iret ad patrem subtrahendo eis presenciam corporalem, cum alias spiritus sanctus non veniret cum plenitudine donorum, nisi ipse abiret consolacionem corporalem subtrahendo et in spiritualem alciorem commutando, de quo Joh. XVI.[3]) Si ergo expediebat illis discipulis, quod homo Christus, in quo est et erit[b]) plenitudo divinitatis corporaliter (ad Col. 1)[4]), abstrahit se ab illorum visione corporali, quid expediencie erat Paulo apostolo videre Petrum corporaliter, propter quod ipse venit Jerusalem? In quo autem fuit sibi causa sic veniendi ad Petrum, non habemus ita plenam certitudinem, sed videtur quod causa fuit hec, quia Paulus scivit unam esse universalem et totam ecclesiam dei super terram, que et regnum celorum presentis temporis dicitur, scivit eciam unum esse caput illius ecclesie super terram sc. Petrum, ne esset acephala super terram, in quo capite solum esset plenitudo potestatis super terram discernendi et diffiniendi[c]) in qualibet causa super terram respiciente salutem vel periculum animarum secundum

a) M: aliquid, L: aliquid addisceret. — b) M: erat.
c) L M ještě: ligandi et solvendi.

---

[1]) v. 3. — [2]) v. 18. — [3]) v. 7. — [4]) Kol. 2, 9.

duas claves predicti regni celorum, que [a]) dicuntur clavis sciencie et clavis potestatis i. e. potestas discernendi in causa et potestas diffiniendi, ligandi et solvendi in qualibet causa super terram.

Vnde ergo potest dici: [b]) Paulus doctor gencium post triennium a die conversionis venit videre Petrum corporaliter ad recognoscendum corporaliter illam plenitudinem potestatis supra se in Petro firmatam a firmitate petre, que est Christus, et ad recognoscendum sua presencia corporali, quod sua potestas discernendi et diffiniendi, ligandi et solvendi super terram emanat de illa plenitudine potestatis concessa Petro viventi corporaliter super terram [c]) et quod illa plenitudo potestatis non potuit esse equalis in utrisque.

Cum illa plenitudo potestatis non potest plurificari [d]); sed oportet esse totam unicam et integram talem plenitudinem potestatis in uno sicut capite existente, eo quod fontalis et capitalis plenitudo potestatis ecclesiastice ministerialis super terram non potest pluribus personis humanis divisim inexistere simul et semel, quia sicut monstruosissimum esset in natura, quod in eodem genere cause essent due cause totales eiusdem effectus, cum tunc utraque illarum esset superflua et frustra ad illum effectum causandum et tamen quelibet esset utilis [27[2b]] et conveniens et sic quelibet illarum esset a deo et nulla illarum esset a deo, quod est contradiccio: sic valde monstruosum esset in ecclesia dei in terris, quod simul et semel essent duo vicaria capita illius ecclesie et in quolibet illorum esset fontalis et capitalis plenitudo potestatis ecclesiastice et apostolice, cum tunc quelibet illarum respectu alterius esset superflua et frustra, cum in uno illorum capitum et foncium omnes ecclesiastice potestates continerentur super terram sicut in vicario fonte et capite, ut supra est declaratum. Propter quod non est possibile plures simul in illa sede sc. plenitudine potestatis sedere, cum quilibet eorum eam totaliter habens totaliter occu-

a) A: qui. — b) L M: dici quod.

c) M pokračuje: et quod illa plenitudo potestatis in Petro esset late maior quam potestas clavium in Paulo, quia potestas Petri potuit potestatem Pauli ordinare, suspendere, ligare, contra eam dispensare, ligamenta eius, instituciones, precepta, leges et similia tollere, solvere, mutare vel cassare sicut maior minorem, quia illa ...

d) Srv. Stanislavovo »De ecclesia romana« a »Alma et venerabilis«.

paret, quod esset magis incongruum quam quod duo corpora eundem locum corporalem simul equaliter et totaliter occuparent.

Non est igitur racionabile dicere, quod illa plenitudo potestatis [a]) fuisset equalis in utrisque sc. Petro et Paulo, sed in Petro longe maior fuit quam in Paulo et ob hoc dicunt iuriste et theologi, quod papa quicunque fuerit potest dispensare contra Paulum apostolum in suis aliquibus preceptis, institucionibus et ordinacionibus, que emanare poterant ex propria potestate ordinaria, quam habuit Paulus apostolus super terram. Et hoc est verum, si papa habuerit racionem et causam racionabilem sic dispensandi, verumtamen quia Paulus ad Gal. 1 dicit: »Si quis ewangelizaverit vobis preter illud quod accepistis, anathema sit,« [1]) ideo juriste videant diligenter, ubi papa posset contra epistolas Pauli dispensare intellectis debitis verbis et sentenciis earundem. [b])

Illam eciam plenitudinem potestatis in papa sicut capite et collegio cardinalium sicut in corpore tamquam in veris et manifestis successoribus Petri principis apostolorum et aliorum apostolorum collegii Christi profitentur sancti doctores: Jeronimus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Bernardus et ceteri, communitas sapientum ecclesiasticorum et scolasticorum plus quam per mille annos et similiter communitas tocius cleri in mundo et tocius christianitatis, semper habentes illud ecclesiasticum et misticum compositum ex capite papa et corpore collegio cardinalium pro romana ecclesia existente in officio ecclesiastico ac fontali et capitali plenitudine potestatis ecclesiastice super terram.

Hoc idem eciam testatur varia et [28[1a]] innumera scriptura [c]) iuris canonici. Ideo b. Jeronimus in pluribus locis suadebat hiis, quibus epistolas dirigebat, ut aliis de fide sentencias variantibus ab illo qui in cathedra Petri sedet veritatem peterent et eius sentencie et diffinicioni adhererent. Vnde in epist. ad Demetriadem virginem que incipit ‚Inter omnes

a) A M: potestas plenitudinis.

b) M: epistolarum earundem, L: epistolarum eiusdem.

c) L: testantur ... scripta.

1) v. 8.

materias' sic scribit: [1]) »Pene preterii quod quasi precipuum est; dum esses parvula et sancte ac beate memorie Anastasius episcopus romanam regeret ecclesiam, de orientis partibus hereticorum seva tempestas simplicitatem fidei, que apostoli voce laudata est, polluere et labefacere conata est. Sed vir ditissime paupertatis et apostolice sollicitudinis statim noxium perculit caput et sibilancia ydre ora compescuit. Et quia vereor, ymmo rumore comperi in quibusdam adhuc vivere et pullulare venenata plantaria, ideo te pio caritatis affectu ammonendam puto, ut sancti Innocencii, qui apostolice cathedre et supradicti viri successor et filius est, teneas fidem nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidaque videatur, doctrinam recipias. Solent enim huiuscemodi quasi iusticiam dei querere et per angulos muscitare.« Hec ille.

Vere benedictus Jeronimus, qui de loco manifesto et securo, ubi in materia fidei debent recurrere, fideles assecuravit, suadens ut in fide romane ecclesie permanerent! Hoc ipsum [a]) in se ipso ostendit, dum fidem christianam, quam quasi in omnibus punctis explanavit, per romanam ecclesiam peciit approbari, ut habetur in una [b]) epistola sua longa de explanacione fidei dicens: »Hec est fides, papa beatissime« et habetur 24. q. 1, [2]) ut supra est allegatum.

Et idem dicit: »Omnibus consideratis puto me non temere dicere alios ita esse in domo dei, ut ipsi eciam sint eadem domus dei, que dicitur edificari supra firmam petram, que unica columba appellatur, que sponsa pulcra sine macula et ruga, et ortus conclusus et fons signatus et puteus aque vive et paradisus cum pomorum fructibus, que domus eciam claves accepit et potestatem ligandi et solvendi. Hanc domum si quis corrigentem corripientemque con [28[1b]] tempserit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.« Hec ille et habetur 24. q. 1 Omnibus.[3])

Ecce quomodo doctor iste [c]) plane ostendit compositum misticum ecclesiasticum sc. papam cum cardinalibus esse ita in domo dei i. e. in ecclesia militante, ita tamen quod

a) M: ipsum met. — b) M nemá. — c) M: iste doctor katholicus.

1) *Migne* P. L. 22 col. 1120. — 2) c. 14.
3) c. 20. *August.* de bapt. lib. VII.

ipsi per se eciam sunt eadem domus dei, que est in officio ecclesiastico secundum duas claves, quas recepit, sc. sciencie et potestatis cognoscendi, diffiniendi et iudicandi in universa materia catholica et ecclesiastica et quod cognitum iudicatum et diffinitum est exequendi et mandandi et faciendi exequi. Qui autem contempserit exequi vel obedire, sicut ethnicus et publicanus per censuras ecclesie a communione populi repellatur.

Ad illam ergo romanam ecclesiam pro assecuracione et certificacione in hiis que sunt fidei vel pro salute animarum est sine formidine recurrendum nec alie persone, ad quas in talibus est recurrendum, possunt super terram dari et assignari quam hoc compositum ecclesiasticum ex papa capite et corpore collegio cardinalium, qui sunt veri et manifesti successores in officio ecclesiastico supradicto principis apostolorum Petri et aliorum apostolorum. [a])

Non enim potest dici, sicut dicunt Viclefiste, quod ecclesia predestinatorum et electorum esset illa, ad quam in dubiis esset recurrendum et que habeat cognoscere et diffinire in universa materia catholica et ecclesiastica. Tum quia nemo de se [b]) scit, si odio vel amore dignus sit (Eccli 9), [1]) quanto minus de quocunque adulto vel quibuscunque adultis, nisi revelacio specialis dei interveniat, quod talis sit electus, tum eciam quia illa multitudo nunquam fuit in officio ecclesiastico cognoscendi et diffiniendi manifeste et sensibiliter nec secundum se totam nec secundum aliquam eius partem post primum collegium Christi, quia nunquam fuit revelacio facta de aliquo vel aliquibus, quod ipsi sint predestinati in tali officio existentes. Nec eciam militans est illa, cuius sentencie et determinacioni esset standum in materia catholica et ecclesiastica et ad quam in dubiis in tali materia esset recurrendum, quia nunquam talis universitas et multitudo fuit congregata sensibiliter et perceptibiliter nec potest humanitus congregari [c]) ad hoc faciendum.

a) L M: et collegii aliorum apostolorum Christi.
b) L M: de se ipso. — c) M: aggregari.

1) v. 1.

Quomodo ergo in dubiis circa materiam catholicam et ecclesiasticam ad ecclesiam predestinatorum vel ad aliquos [28 2a] predestinatos pro certificacione per sensibilem et apertam informacionem est recurrendum, cum de nullo in toto mundo constet alicui sine speciali revelacione dei, si iustus et electus sit? Quomodo eciam ad ecclesiam militantem sic est recurrendum, cum talis simul haberi non potest? Et si recurretur ad aliquam eius partem preter compositum misticum et ecclesiasticum supra dictum ex papa et collegio cardinalium, unde illi parti auctoritas sit cognoscendi et diffiniendi? et cur plus uni parti in uno loco quam alteri eciam quocunque loco esset ascribenda? Et cum non sit aliqua pars eiusdem ecclesie preter illud compositum sepe dictum in tali auctoritate et officio constituta in regno Christi, esset magna perplexitas et disturbium nimis magnum. Perplexitas in eo, quia fideles ignorarent, ubi secure deberent recurrere pro illuminacione et certificacione in materia fidei, quando in aliqua dubitarent; disturbium magnum, quia variatis [a]) sentenciis in fide, que variacio iam per Viclefistas nunc currit, multi christiani parti contrarie in fide seducti adhererent [b]), si non esset auctoritas et potestas ecclesiastica super terram manifesta et sensibilis talia corrigendi, et multi vacillarent, aliqui illi parti aliqui alteri et alii iterum alteri et sic consequenter adhererent et una pars alterius sentenciam et diffinicionem contra se factam reputans se confundi non acceptaret, qualiter iam de facto heu currit [c]), et fierent infinita scismata in regno Christi sc. ecclesia militante.

Stultum ergo et nimis vesanum est talia dicere et ponere et ab ecclesia romana in talibus contra scripturam sacram, contra sanctos doctores et sacros canones ac contra racionem, ut iam supra declaratum est, contemptibiliter declinare. Vnde ergo Huss non ponens istam ecclesiam nec volens ponere, cum de posicione eius doctores reprehendit cum ceteris Viclefistis, qui ad posicionem illius ecclesie romane, cuius papa est caput corpus vero collegium cardinalium, nullomodo volunt consentire nisi illusorie et zophistice, errant gravissime et se ipsos cum sibi adherentibus precipitant in infer-

a) A: varietates.
b) L M ještě: ex favore et in erroribus decederent. — c) L: fit.

num, quia dicit Bonifacius VIII. in Extravaganti decretali [1]), quod subesse romano pontifici [28 2b] omni creature racionali est de necessitate salutis.

Quod autem Huss et Viclefiste nolunt subesse romano pontifici nec ponere romanam ecclesiam, non est alia causa, nisi quia de suis erroribus nolunt per aliquem iudicem in terris ecclesiasticum iudicari, ne seipsos et sibi confunderent adherentes. Sciunt enim sentenciam illius romane ecclesie contra multos et quasi contra omnes XLV articulos, quos nituntur defendere, textibus iuris canonici inscriptam et sic sciunt se ex hoc tamquam hereticos erroneos vel condempnandos. Quam condempnacionem volunt auffugere per potenciam secularem, sed timendum est, ne eis accidat illud Ys. 39: [2]) »Propter hec dicit dominus: Propterea quod exprobrastis verbum hoc et sperastis in calumpniam et tumultum et innixi estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hec sicut interrupcio cadens et requisita in muro excelso, quoniam subito dum non speratur veniet contricio eius.« Multi enim fuerunt heretici retroactis temporibus validi et potentes, habentes sibi adherens [a]) brachium seculare, et tamen nunquam contra ecclesiam et fidem Petri triumpharunt, sed semper ultimo sunt contriti et fides Petri mansit et navicula semper salva.

3. De antichristo et de Wiclef.

[E cap. XVI—50 1b]. Planum est ergo ex predictis [b]), quod antichristum illum summum esse papam nominis significacioni et interpretacioni contradicit, cum antichristus dicatur ab anti, quod est contra, et Christus, quasi contra Christum vel contrarius Christo, quia omnia hec, que antichristus faciet, erunt contraria illis, que de Christo legimus. Contrariatur eciam scripture sacre et sanctorum doctorum et sapientum expositorum et tracta-

a) A L: adherentes.
b) Páleč tu používá traktátu Stanislavova »De antichristo«.

1) Unam sanctam, cap. 1. Extrav. com. I, 8. — 2) Is. 30, 12 n.

torum. Licet enim secundum sentenciam misticam et similitudinariam plures scripture possent trahi ad antichristum misticum, qui esset mistica persona ex capite et membris multitudinis reproborum hominum vel ad excellencia mistica et similitudinaria membra antichristi, sicut ad papam quando vivit contrarie Christo secundum superbiam, avariciam et luxuriam, tamen non omnes locuciones in scriptura et condiciones et circumstancie veri antichristi possunt trahi [a]) ad ipsum papam.

Vnde ergo peccant tales gravissime, qui secundum sentenciam eorum quantum in eis est vellent papam haberi ut summum nunc antichristum et post eum cardinales, archiepiscopos, episcopos et usque ad infimum curatum ut sathallites illius antichristi et sic papam cum illis sicut precipuum nunc antichristum cum suo corpore mistico a fidelibus detestandum, persequendum, in iudicio et mandatis suis contempnendum, in foro suo legislatorio et iudicatorio horrendum et ita de aliis.

Quo dato fieret imperium et regnum Christi, quod est super terram militans presens ecclesia, peior et crudelior tyrannis, quam esset aliqua quoad bona temporalia in tota gentilitate, cum daretur discolis libertas et occasio circa quamcunque materiam fidei non clare et plane in scriptura expressam, ymmo forte et expressam, ut illi iuxta suam apparenciam et caput unam partem contradiccionis docerent et dogmatisarent esse fidem catholicam, alii autem aliam partem contradiccionis, [50[2a]] sicut iam currit de erroribus Wykleff, et nec unus nec plures nec aliqua communitas visibiliter conversans in terris posset auctoritative illam vel aliam partem corrigere, cohercere aut compescere per virtutem, legem et iura sue fidei et sue confessionis et per claves ligandi et solvendi et sic tunc presens Jerusalem i. e. visio pacis [1]) et concordie, ubi omnes deberent idem sapere iuxta consilium apostoli I. ad Cor. 1: [2]) »Obsecro vos per nomen domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata; sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sentencia,« converteretur in Babiloniam confusionis,

a) A: locuciones in scriptura possunt trahi condiciones et circumstancie veri antichristi ad ipsum ...

1) Ez. 13, 16. — 2) v. 10.

ubi quilibet posset pro arbitrio suo non fidem pro fide vel fidem pro non fide offerre vel dogmatisare et sic fidei catholice venenum ad eternam mortem pestiferum inmittere, nulla legislatoria, iusticiaria et iudiciaria potestate in terris sensibiliter existente, que haberet hoc prohibere, corrigere et compescere et desperatum et incorrigibilem exterminare. Quod esset incomparabiliter peius et nocivius in illo regno dei, quam quod quilibet pro suo arbitrio et apparencia prout posset res temporales quascunque sibi usurparet, aliis subtraheret, raperet, minueret, distraheret, destrueret, annichilaret, eciam si essent corpora propria aliorum, uxores, pueri, bona quecunque mobilia et inmobilia, nulla existente potestate iusticiaria et iudiciaria, que hoc posset et haberet prohibere, cohercere, exterminare visibili percepcione — et sic regnum Christi ecclesia eius esset in terris confusissimum, ymmo tyrannis summe abhominabilis et horrenda.

Sed quod Vicleffiste illam abhominacionem et confusionem non perpendunt cecati malicia, subest causa non excusans sed accusans, cum in hoc fures, predones et alios maleficos imitantur. Sicut enim hii nollent aliqua patibula nec aliquam iusticiariam potestatem, que eos de malicia eorum posset et haberet corrigere et punire: sic et isti romanam ecclesiam negantes, papam antichristum appellantes et alios prelatos ut sathalites illius antichristi, quid aliud querunt et conantur, nisi omnem iudiciariam potestatem et iusticiariam spiritualem annullare, ut in sua malicia et erroribus maneant inpuniti?

Non ergo ad hanc intencionem dyabolicam et pure antichristicam et dolosam et violenciam pro subsidio querentem accedat fidelis, sed dolens de vita mala in prelatis [50[2b]] et principibus spiritualibus et secularibus, fide teneat sentenciam supradictam de persona hominis antichristi novissimis temporibus venturi, cum ad integritatem fidei et credulitatis christiane pertineat fideliter et vere credere antichristum hominem suo tempore ut principem et caput omnium malorum hominum et sic ecclesie malignancium circa finem seculi, oppositum et contrarium directe et capitaliter in congerie malarum circumstanciarum et condicionum ipsi Christo homini in congerie bonarum condicionum.

Huius autem fidei preter scripturam sacram, sanctorum doctorum, sapientum expositorum potest esse non discolis et protervis sed studiose et prompte obedientibus fidei facillima et clarissima probacio talis. Nam transcurrendo omnes et singulos episcopatus et ecclesias kathedrales incipiendo a summo et primo episcopatu et prima kathedrali ecclesia sc. romana sc. ubi presidet summus pontifex papa, cuius collegium est cetus cardinalium, et querendo in singulis talibus ecclesiis, si ipsi cum clero et populo sibi subiecto firmiter secundum scripturam sacram et dicta sanctorum doctorum et sapientum expositorum scripture teneant et credant huiusmodi antichristum hominem in novissimis temporibus circa finem seculi contrariaturum Christo et contra Christum et legem eius et fideles eius seviturum vi et dolo ac gravissimis tribulacionibus, quales non fuerunt nec fient [1]) in hoc seculo, et hoc per tempus paucum, per annos tres cum dimidio, et quomodo talis antichristus extolletur supra omne quod dicitur aut colitur deus [2]), querendo eciam si hec umquam discrediderint aut non crediderint vel oppositum senserint, et similiter queratur a qualibet universitate theologorum in quibuscunque studiis: et cum aliud inveniri non poterit, nisi quod omnes et singuli episcopatus et ecclesie cathedrales et similiter[a]) omnes universitates et per universa loca tocius sancte matris ecclesie simplices villani et puri plus quam a mille annis sic teneant, credant et asserant secundum scripturam et dicta sanctorum et sapientum tractatorum: igitur clarum est hoc ad integritatem credulitatis et fidei christiane pertinere. Qui autem oppositum predicant, dogmatisant et asserunt, sunt velut heretici devitandi iuxta illud apostoli ad Rom. XVI: [3]) »Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula preter doctrinam quam didicistis faciunt et declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino non serviunt sed suo ventri et [51[1a]] per dulces sermones et benedicciones seducunt corda innocencium.«

Et vere seducunt, cum innitentes suis capitibus Wicleffiste et sentenciis Wicleff heresiarche, dicta sanctorum, canones

a) A: simpliciter.

1) Mat. 24, 21. — 2) II. Sol. 2, 4. — 3) v. 17 n.

et exposiciones sapientum eis contrarias non recipiunt. Bene Apok. 8 scribitur: [1]) »Cecidit de celo stella magna ardens tamquam facula et cecidit in terciam partem fluminum.« Hec stella secundum doctores significat perniciosum heresiarcham, qualis fuit Wicleff. Et dicitur stella propter doctrinam erroneam apparentem et coloratam, dicitur magna propter multitudinem errorum. Nullus enim hereticorum tot hereses seminavit sicut ipse, qui in libris suis male scripsit de sacramentis ecclesie, de officiis, censuris ecclesie, de moribus, ritibus, cerimoniis, iuribus, libertatibus et sacris rebus ecclesie, de veneracione reliquiarum et indulgenciis, de ordinibus et religionibus in ecclesia. Alii enim heretici vel circa divinitatem Christi vel eius humanitatem erraverunt uno vel paucis erroribus, hic autem Wiclef quantum fuit in eo totam ecclesiam quasi in omnibus suis punctis et articulis voluit annullare. Dicitur facula ardens propter incendium et alleccionem, quia scripta sua fucata verbis coloratis, racionibus sophisticis, subtilibus et scripturis male sed apparenter valde applicatis adeo legentes alliciunt et incendunt, quod vix qui suos libros legerit, ab infeccione poterit preservari. Hec stella cecidit de celo i. e. ecclesia vel fide catholica in terciam partem fluminum — flumina enim in proposito sunt sacra scriptura continens tres partes: prima pars est textus veteris testamenti et secunda pars novi testamenti et tercia pars dicta sanctorum, canones et exposiciones sapientum. Et in hanc terciam partem Viclef cecidit et sui sequaces Viclefiste, qui dicta[a]) sanctorum, canones et exposiciones sanctorum doctorum non capiunt, nisi quantum pro sentencia eorum sonuerint, si autem contra eos adducuntur, non acceptant in omnibus, [non] nisi scripturam requirentes novi et veteris testamenti.

Et tantum de illa ecclesia maledicta.

a) Rkpp.: quidam.

1) v. 10.

4. De fide.

[E cap. XIX—58[1a]]. Credendum est eciam bullis pape et romane ecclesie in hiis que concernunt salutem animarum et in hiis que sunt fidei. Illa enim romana ecclesia, papa et collegium cardinalium, nunquam errat in iudicio et sentencia, quam tradit fidelibus in quacunque materia, ubi altera pars contradiccionis fideliter et catholice credi debet et teneri, sicut superius est ostensum cap. 9. E et 12. B C. In materia autem iuridica falli et fallere potest, ut cum in materia iuridica habens pro pietate sua testes insuspectos, qui tamen de falso testarentur, secundum allegata et probata ex testimonio iudicaret, ubi non satis informata per relaciones, testimonia vel similia humana habet pro vero, ubi non subest veritas, et secundum hoc iudicat, non est culpanda, cum nec sic est inconsona vel non consona sed consona in rectitudine ipsi sacre scripture, iuxta eius doctrinam et constitucionem iudicans, cum ipsa scriptura dicat, quod in ore duorum vel trium testium stat omne verbum [1]); nec ibi iniuste vel male sed sancte et iuste iudicat pro illo habens, quod verum sit illud, quod per testes diligenti examine testificatum est, quamvis illud non sit verum. Sicut Abraham non male et iniuste sed sancte et iuste habuit pro illo, quod occidendo ymmolaturus esset filium suum Ysaac, ut patet Gen. 22, quamvis hoc non fuerit verum, similiter eciam meritorie habuit pro illo, quod dominus deus voluntate beneplaciti vellet, quod filium suum Ysaac ymmolaret occidendo, licet hoc non fuerit verum: sic et romana ecclesia laudabiliter potest nonnunquam testificatum habere pro vero, quod non sit verum, sed quando per inferiores recte informatur de veritate, sentencias suas in talibus non veretur revocare. Ecclesia enim romana sentencias suas quandoque revocat, quandoque in melius mutat, ut 35. q. 9 Sentenciam [2]) et capitulo sequenti, ymo et ipsa statuta conciliorum secundum eventum temporum vel in toto vel in parte mutat 25. q. ult. Hiis ita. [3])

Ex hiis itaque patet, in quo scriptum Huss capitulo VIII. F habeat veritatem, ubi sic scribit [4]), quod *bullis papalibus* [58[1b]]

[1]) Mat. 18, 16. — [2]) c. 6. — [3]) c. 16. Grat. § 1. XXV, 1.
[4]) Opp. I, 209[a].

non tenetur homo credere, nisi quod dixerint ex scriptura vel fundaretur implicite in scriptura, sed potest opinative homo credere bullis, quia tam papa quam sua curia potest falli propter ignoranciam veritatis; de illa enim verificatur quod fallit et fallitur, fallit propter lucrum, fallitur propter ignoranciam. Quomodo autem debet credi literis principum, instrumentis notariorum et narracionibus hominum, docet experiencia, que est magistra. Ipsa enim docet, quod hec tria sepe fallunt. Aliter igitur creditur deo, qui nec falli nec fallere potest, aliter pape, qui falli et fallere potest, et sic aliter sacre scripture et aliter bulle humanitus excogitate: nam scripture sacre nec licet discredere nec contradicere, sed bullis aliquando licet et discredere et contradicere, dum vel indignos promovent vel avariciam sapiunt vel iniustos magnificant et innocentes deprimunt vel mandatis dei vel consiliis implicite contradicunt. Hec ibi.

Ecce loquens de veritate catholica inpertinenter admiscet bullas pape, literas principum, instrumenta notariorum, narraciones hominum, cum iam equivocat de fide. Quis enim dubitat, quod bulle pape, litere principum etc. non sunt fides catholica nec eis tanta fides sicut articulis est adhibenda, sed non per hoc excluditur, quin eis fides communi modo i. e. credulitas sit apponenda secundum magis et minus. Vnde ergo ad bullas pape descendendo cum dicit, quod bullis pape non tenetur homo credere i. e. fidem adhibere et credulitatem, nisi quod dixerint ex scriptura vel fundaretur implicite in scriptura, vocando authonomastice scripturam scripturam biblie, si intelligit de bullis pape in materia iuridica, non est verum sed error, cum tunc nulli sentencie vel iudicio pape esset fides adhibenda, nisi illa fundaretur in scriptura biblie; sed notum est quod sint infiniti casus particulares circa materiam iuridicam, qui quoad modum sentenciandi in scriptura biblie nec expresse nec implicite continentur, quia alias totum corpus iuris superflueret. Nichilominus inter autentica humana bullis pape in materia quacunque iuridica est fides summe adhibenda et cum omni qua decet reverencia sunt recipiende et sicut de pape iudicio nulli iudicare permittitur, sic nec de eius literis. Cum vero papa possit fallere et falli, ubi de aliquo minus informatus in literis suis scriberet, inferiores absque iudicio literarum [58[2a]] papalium et presertim quem tangit factum humiliter et reverenter papam de veritate

habent sine convicio informare et tempore medio fideles habent presumere et fidem adhibere bullis pape, quod veritatem contineant, nisi fuerit declaratum oppositum et probatum. Alias litere pape, bulle vel processus repellerentur et inpugnarentur per quemcunque, contra quem emanarent, et sic veniret magna perturbacio ordinis in potestate spirituali et seculari.

Si autem predictam proposicionem intelligit de materia fidei, tunc innuit in hoc, quod papa nec per se nec cum cardinalibus haberent Christi fidelibus pro sentencia tenenda catholice tradere vel aliquid racionabiliter concedere, nisi quod in scriptura veteris et novi testamenti continetur, quod iterum est error gravis. Nam et Christus suis discipulis volens ab eis per passionem recedere dixit: »Adhuc multa vobis dicere habeo, sed non potestis portare modo« Joh. 16 [1]), ergo multa reliquit per apostolos et alios patres sanctos dicenda suo tempore pro informacione fidelium et statuenda. Vnde ergo Christus et spiritus s. per romanam ecclesiam multas sentencias catholice tenendas, senciendas et credendas Christi fidelibus tradidit, que in textibus veteris et novi testamenti non continentur. Ubi enim in biblia continetur, quod vigilie Christi, beate Virginis vel sanctorum apostolorum sunt ieiunande et ex precepto videntur dies eorum sollempniter celebrandi? Ubi in biblia continetur, quod quadragesima est sub precepto ieiunanda et sic de aliis multis? Ideo dicit b. Augustinus in libro de fide christiana: [2]) »Catholica ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur existere i. e. regi. Quicquid in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum aut tradicio universalis i. e. constitucio aut certe propria et particularis. Sed auctoritate (subaudi scripture) tota (sc. ecclesia) constringitur, universali tradicione maiorum nichilo minus tota, privatis vero constitucionibus et propriis informacionibus unaqueque (sc. ecclesia) pro locorum varietate, prout unicuique visum est subsistit et regitur.«

Ecce quam plane iste doctor catholicus ponit, quod preter auctoritatem scripture est dare tradiciones universales, sicut concilia et determinaciones ecclesie romane, que omnes obligant ecclesias et supposita ipsarum, et est dare statuta provincialia, quibus ecclesie particulares [58 b] in certis provinciis constringuntur. Que tamen concilia, determinaciones, canones et statuta, etsi non sunt contraria sed in veritate et rectitudine consona scripture, non tamen in textibus veteris et novi testamenti continentur, quibus fideles Christi tenentur fidem adhibere et eis sub pena peccati mortalis non contraire ex contemptu iuxta scripturam b. Augustini ad Cassulanum presbiterum sic dicentem: [1]) »In hiis rebus, de quibus nichil certi statuit scriptura divina, mos populi dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt et sicut prevaricatores legum divinarum ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum cohercendi sunt.« Hec ille. Et a forciori contemptores conciliorum, canonum et statutorum puniendi sunt, quia in spiritum s. blasphemant qui canones violant; 25. q. 1. Violatores [2]), ubi sic scribit Damasus papa: »Violatores canonum voluntarii graviter a sanctis patribus iudicantur et sancto spiritu, instinctu cuius ac dono dictati [sunt], dampnantur, quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter ut premissum est aut aliquid proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consenciunt. Talis enim presumpcio manifeste unum genus est blasphemancium spiritum sanctum, quoniam ut iam prelibatum est contra eum agit, cuius iussu et gracia sancti canones editi sunt.«

Dimittat ergo Huss cum suis Wikleffistis gannitus [a]) vulpinos et ululatus luporum, qui mencientes dolose voces habere ewangelicas sacris canonibus contradicunt et repugnant, in hoc infideliter deviantes et suos sequaces dampnabiliter involventes, cum prima salus est recte fidei regulam custodire et a constitutis patrum nullatenus deviare (25. q. 1 Prima salus). [3])

Vnde ergo fideles Christi in communi fide et in omnibus punctis religionis christiane deberent stabiliter et inmobiliter perseverare, ut non circumferantur omni vento doctrine [4]) et de facili erroribus acquiescant, cum fides nostra quoad articulos est tot testimoniis et tam efficacibus signis confirmata, que non-

[1]) v. 12. — [2]) c. 8. d. 11.

a) L: garritus.

[1]) c. 7. d. 11. — [2]) c. 5. — [3]) c. 9. — [4]) Ef. 4, 14.

nisi divina fieri poterant virtute, eo quod miracula pro fidei confirmacione facta tocius nature superant facultatem, ut patet in mortuorum suscitacione, cecorum illuminacione, demonum eieccione, languidorum subita curacione, celestium corporum mirabili inmutacione, [59[1a]] mencium humanarum et ydiotarum scienciarum et misteriorum replecione, ut quod subito simplices et ydiote fuerunt sine doctrina humana docti facti, eloquentes et audaces et quod inter persecuciones horribilissimas tyrannorum magis turba crevit fidelium, non solum simplicium sed eciam secundum mundum sapientissimorum, qui tempore persecucionis fuerunt ad fidem conversi catholicam, ut patet in diversis libris et legendis sanctorum.

Apparet eciam ex hoc veritas fidei communis in omnibus aliis punctis, que Christi fideles a multis centenis annorum fideliter tenuerunt iuxta sanctorum patrum et ecclesie romane determinaciones, diffiniciones et instituta de sacramentis, clavibus, officiis, censuris ecclesie et veneracione reliquiarum, de indulgenciis, de ordinibus et religionibus in ecclesia, de cerimoniis, iuribus, libertatibus et sacris rebus ecclesie. Hiis enim punctis religionis christiane sancti et mortui veram adesse fidem miraculis attestantur et quam vivi tenuerunt, eciam post mortem miraculis approbant et confirmant et si error esset in fide in aliquo puncto religionis christiane, a deo essemus decepti, qui tantis signis et talibus, que nonnisi per deum possunt fieri, hec puncta nedum articulos in nobis confirmavit. Vnde dicere possemus: domine deus, tu decepisti nos, ut dicit Richardus I. libro de Trinitate.[1]) Omnes enim veritates catholice credite sunt et recepte ab ecclesia dei testimonio vel testimoniis, sive talia testimonia sint sacre scripture sive per miracula sive per revelacionem. Soli enim deo in hiis credit ecclesia catholica, credens fideliter et constanter quod [a]) huiusmodi fidei deus est dator, doctor, testificator et approbator, credens et asserens fideliter et constanter innumeros sanctos esse salvatos in hac fide, quorum sanctitas et salvacio et miraculorum post mortem operacio arguit veritatem fidei, quam vivi tenuerunt.

Et ideo fides christiana per omnia [b]) est veridica et salu-

[a]) A: vynech. — [b]) A: per omnes.

[1]) *Migne* P. L. 196 col. 891.

taris, quia dei testimonia non possunt esse falsa in aliquo, quia ipse veritas est (Joh. 14) [1]) et ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhibeat veritati (Joh. XVIII) [2]), et ipse est testis fidelis (Apok. 1) [3]) et si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est (Joh. 5).[4]) Vnde Maximus in quodam sermone inquit[5]): »Noverimus itaque, quod non sine magno discrimine de veritate fidei dubitamus, quam tantorum sanguine consignatam videmus. Magni etenim periculi res est, si post prophetarum [59[1b]] oracula, post apostolorum testimonia, post martirum vulnera veterem fidem quasi novellam discutere presumas et post tam manifestos duces in errore permaneas et post moriencium pro ea sudores ociosa disputacione contendas.« Hec ille.

Et ergo intrepide et absque formidine debent Christi fideles sentencias et leges ecclesiasticas circa materiam catholicam et ecclesiasticam servare fideliter et pro eis mori viriliter, in hoc Machabeos imitantes, quam et quas patres nostri et patres patrum nostrorum fideliter et constanter custodiebant, hec dicta simul ad patres nostros ecclesiasticos et naturales referendo.

Sed heu istis malis temporibus hec fides patrum antiquorum a multis est derelicta propter predicacionem Viclefistarum scandalosam, qui adherentes sentenciis Wikleff heretici plus quam sanctis doctrinis doctorum sanctorum [et] canonum ecclesiasticorum sanccionibus, peregrinis doctrinis et erroneis nimis populum infecerunt, qui nec videntes miracula illorum predicatorum, nisi ypocriticam sanctitatem ut timetur, sicut eorum fructus declaravit manifeste, a fide communi tocius christianitatis leviter et facile declinaverunt, ymmo ad tantum amant illas doctrinas peregrinas et erroneas, ut veritatem eis contrariam sanctorum, dictis doctorum et patrum approbatam, nolint acceptare implentes illud propheticum apostoli 2. ad Thimot. 4[6]): »Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.« Et hoc tempus heu est iam, cum multi illius virulenti heresiarche senten-

[1]) v. 17. — [2]) v. 37. — [3]) v. 5. — [4]) I. Jan. 5, 9.
[5]) *Migne* P. L. 57 col. 707. — [6]) v. 3 n.

cias, contrarias romane ecclesie, scriptis sanctorum doctorum et patrum, acceptant et sustinent, sanam autem doctrinam romane ecclesie, sanctorum doctorum et sacrorum canonum nolunt acceptare.

Et hoc facit affeccio inordinata, qua homo trahitur ad contraria fidei, et hoc fit aliquando ex amore, aliquando timore, spe vel odio, ut puta quando ex amore vel timore aut spe promocionis contra fidem communem alicui creditur et recta fides dimittitur, aliquando ex invidia vel odio illius, qui dicit veritatem aut docet, veritas fidei derelinquitur. Et ex talibus passionibus multum inordinata affeccione istis temporibus multi a fide sunt aversi et ad ipsam fidei veritatem non inclinantur, quidam ex amore personarum, quas reputant sanctas, quia a peccatis carnis, avaricia et superbia extrinseca [59[1a]] eorum estimacione sunt inmunes, non perpendentes peccata spiritualia, que sunt graviora, et superbiam interiorem, qua de se nimis presumunt, ypocrisim et errores, quos publice seminant verbo et in scriptis; cum tamen dicat b. Gregorius[a]) in Mor.[1]): »Sepe namque homo multis occulte peccatis involvitur et in una aliqua virtute magnus videtur« et infra: »Plerumque enim sicut diximus latet superbia et castitas innotescit atque ideo diu ostensa castitas circa finem vite perditur, quia cooperata superbia usque ad finem incorrecta retinetur.«

Alii ex timore propter potenciam secularem, quam sibi illi attraxerunt, fidem antiquam et per multa centena annorum per universum orbem tentam transgressi sunt, spirituales et seculares, temporalia perdere formidando, et alii ex spe promocionis, quia iam habent ludum in manibus promovendi et amovendi, sinistre et inique accusantes. Ideo dicit b. Gregorius lib. XVIII[2]): »Nam fit plerumque, ut infirmorum animus eo magis de auditu veritatis trepidet, quo florere contemptores videt, sed cum iusta ulcio iniustos subtrahit, alios a pravitate compescit. Vnde per Salomonem dicitur: Multato pestilente sapiencior erit parvulus (Prov. 21).«

a) L nemá citátů z Řehoře.

1) *Migne* P. L. 75 n. nenalézám. — 2) *Migne* P. L. 76 col. 57.

Alii autem ex invidia cleri alterius partis, quam ipsi fetere fecerunt coram populo, ut Judeos plus diligant quam presbiteros et clericos eis non adherentes, a quibus et si in confessionibus et predicacionibus corriguntur, ut ab erroribus Vikleff pestiferi resipiscant, reclamant et informacionem non acceptant, implentes illud Prov. XVIII[1]): »Non recipit stultus verba prudencia, nisi dixeris ea que versantur in corde eius.« Et vere si istis temporibus antichristus appareret, predicando[a]) contra statum cleri et ecclesie et contra Christum et legem eius, miracula et signa licet apparencia faciens et terrorem incuciens, putasne filius hominis fidem inveniret[2]) hic in regno, postquam abiecta tota communitate cleri per mundum universum ex affeccione inordinata unius persone[b]), a quo nec miracula viderunt nec sanctitatem experti sunt, plurimi a fide communi ita leviter recesserunt, se, suos successores et patres predecessores in eo gravissime confudentes.

5. *De Petro capite ecclesiae.*

[E cap. XXI—64[1a]]. Attentis autem scripturis et racionibus in hoc capitulo adductis cum scripturis et racionibus pro eadem materia in cap. VIII. et XII. annotatis[c]) quis nisi insanus Petrum apostolum et principem apostolorum et suum successorem consequenter caput esse negabit et fundamentum ecclesie ministeriale et vicarium, cum de hoc sit scriptura plana [64[1b]] et copiosa? Et revera talis vesanus est heu Huss cum suis complicibus in hac parte, qui ista negare non formidat, sicut patet ex prioribus et presertim in cap. VII sui tractatus ista expresse inpugnat, errores varios ad lapsum aliorum conscribendo. Et signanter cap. IX. G sic scribit[3]): *Conceditur autem, quod Petrus a petra ecclesie, que est Christus, habuit humilitatem, paupertatem, fidei firmitatem et consequenter beatitudinem. Sed quod ex isto verbo ewangelii ‚Super hanc petram edificabo ecclesiam meam' Christus intendat super*

a) A: predicacio. — b) L: scil. Hus. — c) L: supra annotatis.

1) v. 2. — 2) Luk. 18, 8. — 3) Opp. I, 211[ab].

personam Petri edificare totam ecclesiam militantem, fides evangelii cum exposicione Augustini et racione contradicunt. Nam super petram, que est Christus, a quo Petrus accepit firmitatem, fuit Christus edificaturus ecclesiam, cum Christus sit caput et fundamentum tocius ecclesie, sed non Petrus. Et supra E scribit [1]): *Nusquam legitur in scriptura expresse, quod Petrus est petra, nec Christus, qui leviter potuit dicere, dixit: ‚Tu es Petrus et super te edificabo ecclesiam meam', sed dixit: ‚Tu es Petrus' i. e. confessor vere petre, ‚et super hanc petram,' quam tu confessus es, ‚edificabo ecclesiam meam.'* Hec ibi.

Ecce planus error, cum supra dictum sit, quod ille textus scripture iuxta tercium sensum potest vere et catholice intelligi de Petro racione auctoritatis et racione sue fidei firmitatis. Fuit enim Petrus firma petra racione fidei et auctoritatis universalis sibi et ecclesie sue romane tradite, quam Christus miseracione sua nunquam deseruit, sed per beatos apostolos suos, precipue Petrum et Paulum singulares eiusdem ecclesie defensores, pia benignitate et continua pietate custodit, ut iisdem rectoribus gubernata in sua fide et auctoritate firma et stabilis permaneret. Ipsa etenim est sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi, que per dei omnipotentis graciam a tramite apostolice tradicionis nunquam errasse probatur nec hereticis novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei christiane suscepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata finetenus manet (24. q. 1 A recta ergo fide) [2]), pro qua eciam ut in se firma subsisteret, passionis sue tempore salvator noster Jesus patrem exorasse perhibetur dicens [64[1a]] Luc. 22[3]): »Symon, ecce sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua,« vocando fidem Petri fidem ecclesie militantis.

Ecclesie enim regnum firmissimum est, dum non est subversum nec infirmatum per tyrannos impiissimos sc. Neronem et Dioclecianum, qui fortissime impugnaverunt ecclesiam et conati sunt exterminare. Et hec crudelitas persecucionis a tempore Neronis incepit et duravit usque ad tempus Constantini Magni, in quo sunt cesa multa milia martirum pro Christo, et

[1]) ibid. 210[b]. — [2]) c. 9. — [3]) v. 31 n.

ut dicit Richardus super illo verbo Apok. VI ‚Et datus est illi gladius magnus' loquens de illa persecucione sic inquit [1]): »Vere gladius magnus, quia non solum communes et minores in ecclesia iste gladius occidit, sed et maiores et universitatis fidelium sustentatores, [a]) ut apostolos excellentissimosque doctores interfecit. Vere magnus gladius, quo intra solam urbem Romanam quodam tempore ab impiissimo Diocleciano imperatore paucis diebus XVII milia martirum pro Christo cesa leguntur.« Sed quanto plus illi tyranni fideles martirisaverunt, tanto plus multiplicati sunt, sicut filii Israhel a pharaone oppressi plus fuerunt multiplicati (Ex. 1). Et tamen semper ecclesia in fide stetit salva hucusque, quia Christus non est in sua peticione frustratus, sed pro sua reverencia exauditus (ad Hebr. 5). [2])

Sed cum vidisset dyabolus, quod nichil proficeret in occisione sanctorum, sed magis videbat ex eorum paciencia et virtute ecclesiam roborari et augeri, suscitavit hereticos perverse scripturam exponentes, ut Arrium, Sabellium, Manicheum, Faustum et quam plures alios, per quorum maliciam hereticam et heresim maliciosam fideles decipere attemptavit, quos non potuit per apertam maliciam vincere tyrannorum. Sed quanto post tyrannos ecclesia inpugnata est per hereticos, tanto plus illuminatores accepit doctores et hereticorum fortissimos confutatores [b]), per quos veritas est declarata et errores auctoritate romane ecclesie eliminati per concilia ipsius auctoritate celebrata magisque quam ante solidata. Ideo Augustinus dicit de ecclesia [3]): »Hoc est proprium ecclesie, dum persequitur floret, [64[2b]] dum opprimitur crescit, dum contempnitur proficit, dum leditur vincit, dum arguitur intelligit, tunc stat dum superari videtur.« Hec Augustinus.

Cum autem fides militantis ecclesie sit fides ipsius Petri et ecclesie romane, cum ipsius auctoritate semper regebatur et regitur in hiis que sunt fidei et que respiciunt salutem animarum, cum in talibus sub eius magi-

[a]) L: suscitatores. — [b]) V A psáno: confautores.

[1]) *Migne* P. L. 196 col. 764. — [2]) Žid. 5, 7.
[3]) Nepodařilo se mi nalézti.

sterio semper deguit et deget ac sub eius disciplina et correccione semper permaneat et permansit, ne in illa aliquid dogmatisetur perversum, inseratur incautum, in fide temerarium ingeratur; quodsi secus a quoquam fuerit attemptatum, id protinus sua auctoritate penis eciam adiunctis prorsus evellatur. Quociens enim fidei racio ventillatur, nonnisi ad Petrum i. e. sui nominis et honoris auctoritatem referri debet (24. q. 1 Quociens) [1]) et omnis sancte religionis dubitacio ad romanam ecclesiam et sedem apostolicam, que est caput ecclesiarum, est referenda et inde normam sumere et informacionem, unde sumpsit exordium (dist. XII. Preceptis). [2]) Hec enim cum spiritu sancto regitur, in hiis, que sunt fidei et religionis christiane, non potest oberrare, ut supra cap. XII est declaratum. Navicula enim Petri mergi potest, sed spiritu sancto eam implente nullatenus submergi permittitur. De qua salvator dixit [3]): »Et porte inferi non prevalebunt adversus eam« i. e. cavillaciones heresum. Multe enim hereses durante ecclesia romana suborte fuerant et nunquam ipsa ecclesia romana aliqua heresi fuit depravata, sed omnes et singulas auctoritate sua confutavit, ut patet in corpore iuris practicanti.

Ideo benedictus sit deus Jesus Christus, qui suis fidelibus ita securum refugium ordinavit et solidum tamquam petram sacrosanctam romanam ecclesiam, quam ut vineam plantavit dextera sua, quam eciam in precipuam matrem omnium ecclesiarum et universorum Christi fidelium erexit ac in caput et in verticem sublimavit domino dicente ad Petrum: »Tu es Petrus et super hanc petram« etc.

Nec hoc textui ewangelii, exposicioni b. Augustini vel racioni contradicit, cum textus quoad illum sensum sit verus [65[1a]] et catholicus, ut inmediate probatum est per b. Ambrosium et canones allegatos. Exposicioni eciam b. Augustini non contradicit, cum exposicio b. Augustini loquitur de petra et fundamento principali, b. autem Ambrosius et canones loquuntur de fundamento et petra secundaria, vicaria et ministeriali, quia sicut dictum est, quod Christus est fundamentum et petra tocius ecclesie et Petrus, sed differenter: Christus per auctoritatem, quia omnes

[1]) c. 12. — [2]) c. 2. — [3]) Mat. 16, 18.

portat et a nemine portatur, Petrus per administracionem ut eius vicarius summus, quia alios portat sua auctoritate et ab eo portatur. Si autem filius dei racione administracionis communicat esse deum, esse Christum, esse salvatorem, esse redemptorem, ut est dictum supra: cur non esse petram, fundamentum vel caput eis participative communicaret, cum non in tantam sonent perfeccionem sicut prima nec apud vulgus et estimacione vulgi talia nomina hominibus attributa tantum honori dei videntur derogare sicut prima, cum virum esse caput mulieris ipsum vulgus sciat et in quolibet exercitu supremum, ad quem debet fieri respectus, caput appellent. Quod ergo inconveniens vulgus reputabit, si papa vel episcopus in sua dyocesi caput appellatur, quod denique inconveniens, si Petrus petra vel fundamentum nominatur, cum quasi omnes sciant christicole, quod ista nomina ‚ovis, agnus, leo, vermis' etc. Christo conveniant non per proprietatem sed per similitudinem? [a])

Petra enim Christus dicitur a firmitate et soliditate, qua ipse sic firmus fuit hic in humanis conversans, quod nulla potuit temptacione moveri, qua eciam ex gracia sua alios confirmavit et solidavit, ut nullo timore, nulla suggestione ruant superveniente — et hanc firmitatem Petro contulit et sic ipsum petram fecit inmobilem. Audi Gregorium in omelia Penthec. de eius firmitate sic loquentem [1]): »Certe iste pastor ecclesie quante debilitatis quanteque formidinis ante adventum spiritus sancti fuerit, ancilla hostiaria requisita dicat. Una enim voce mulieris percussus, dum mori timuit, vitam negavit. Sed vir iste quante [65[1b]] fortitudinis post adventum existat, audiamus. Fit conventus magistratus et seniorum, cesis denuncciatur apostolis, ne in nomine Jesu loqui debeant. Petrus magna auctoritate respondit: ‚Obedire oportet deo magis quam hominibus.' Et rursus: ‚Si est iustum in conspectu dei, vos pocius audire quam deum, iudicate. Non enim possumus que vidimus et audivimus non loqui. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.' Ecce gaudet Petrus in verberibus, qui ante in verbis metuebat et qui

[a]) L: appropriate, similitudinarie.

[1]) *Migne* P. L. 76 col. 1225.

prius voce ancille requisitus timuit, post adventum spiritus sancti vires principum cesus premit.« Ecce firma petra, et de hac est scriptura expressa b. Ambrosii et canonum supra allegata et pro illa sentencia est textus ewangelii.

Si enim Christus primum sensum tantum iuxta exposicionem b. Augustini voluisset pretendisse et alios sensus amputasse, leviter dicere potuit: ‚Tu es Petrus et super me petram edificabo ecclesiam meam.' Si secundum sensum de fide Christi per Petrum promulgatam tantum pretendisset, leviter Christus dicere potuit: ‚Tu es Petrus et super hanc petram, quam confessus es, edificabo ecclesiam meam.' Si denique tercium sensum tantum pretendisset alios excludendo, leviter Christus dicere potuit: ‚Tu es Petrus et super te petram edificabo ecclesiam meam.' Sed nullum illorum dixit, cum ad unum illorum verba sua limitando alios exclusisset, ideo maluit illimitate et generaliter dicere: ‚Tu es Petrus et super hanc petram' etc., volens omnes tres sensus supradictos velut catholicos inculcare. Et in hoc quod ipsum fundamentum primum post se fecit ecclesie, in hoc ipso ipsum dedit caput toti ecclesie militanti.

Quod iterum Huss negat sic scribens consequenter ubi supra [1]): *Suppositis dictis in primo, secundo, tercio et quarto capitulis, quod unica est sancta universalis ecclesia, que est omnes predestinati salvandi, et quod solum Christus est caput illius ecclesie, sicut ipse solus est persona dignissima in illa ecclesia, conferens ei et membris eius motum et sensum in vita gracie, tunc manifestum est, quod Petrus non fuit nec est caput ecclesie* [65[2a]] *sancte catholice. Et dictum b. Dyonisii est verum, quod Petrus fuit capitaneus inter apostolos et fuit fundamentum ecclesiarum, ut in proximo dictum est de apostolis; et dictum b. Augustini est verum, quod fuit inter apostolos in aliqua prerogativa; et dictum Marcelli pape verum est, quod fuit caput tocius ecclesie, quam regebat doctrina et exemplo. Non autem persona fuit dignior matre Christi nec equalis Christo nec rector angelorum tunc erat triumphantis ecclesie constitutus. Vnde non est fideli simplici ullum dubium, quin Petrus non auderet se asserere forte caput sancte ecclesie catholice, eo quod*

[1]) Opp. I, 211[b].

nec totam rexit nec totam dignitate precessit nec sponsus ipsius ecclesie catholice fuit. Johannes Baptista, quo secundum veritatis testimonium non surrexit maior inter natos mulieris (Mat XI), non se ausus est dicere sponsum ecclesie, sed amicum sponsi humiliter se esse confitetur Joh. 3. Et infra: *Et patet quod nimis magna presumpcio et stulticia foret homini preter Christum se caput vel sponsum sancte ecclesie catholice appellare.* Hec ibi.

Respondetur, quod supposicio sua, sicut ostensum est supra, est falsa et erronea, cum ipsa supposicio supponit non esse aliquam sanctam ecclesiam militantem, in qua simul commixti sunt presciti et predestinati; supponit 2. non esse romanam ecclesiam, cuius papa est caput, corpus vero collegium cardinalium, quas necesse est ponere, ut supra est declaratum. Ideo non mirum, quod errat Petrum apostolum dicendo non esse caput ecclesie catholice, quia si non fuit caput illius tocius sancte ecclesie catholice pro multitudine omnium predestinatorum nec illam totam rexit, sed solus Christus fuit caput ecclesie illius: fuit tamen caput vicarium tocius ecclesie militantis et similiter ecclesie romane, cum inter apostolos ipse caput fuit et supremus vicarius Jesu Christi.

Nec tamen ex eo quoad vitam fuit dignior matre Christi nec equalis Christo nec rector angelorum, quia hoc est inpertinens, sed quoad officium ecclesiasticum fuit persona dignissima in ecclesia militante et sic caput, non principale sed caput eius vicarium, et sic sponsus fuit ecclesie non principalis sed vicarius et ministerialis, capitalis principalis et veri [65[2b]] sponsi Christi supreme vices tenens, habens supreme potestatem in terris ligandi et solvendi, cognoscendi et diffiniendi in universa materia catholica et ecclesiastica et curam habendi omnium ecclesiarum et universorum Christi fidelium. Tales autem vices Johannes Baptista non habuit, cum baptismus Jude Johannis preponatur, ut dicit Augustinus et habetur 1. q. 1 Dedit [1]), nec principalis sponsus ecclesie ipse fuit, quem tamen Judei pro tali sponso habere voluerunt, ideo non se sponsum nec principalem

[1]) c. 46.

nec vicarium sed amicum sponsi esse humiliter confessus est. Vnde ergo catholice hoc asserendum est, quod sicut Petrus fuit maioris dignitatis et potestatis ecclesiastice quam Johannes Baptista, sic quilibet successor Petri, licet non fuerit tante sanctitatis sicut Johannes, ymmo si fuerit malus, quia malicia persone non derogat dignitati.

Et in hoc communiter Huss errat, qui clauso oculo dextro, quo in vicario Christi papa et in aliis prelatis est auctoritas ecclesiastica intuenda, aperto oculo sinistro solum ad vitam respicit pape et prelatorum, cum tamen in persona pape principalior sit auctoritas et potestas ecclesiastica quam vita sua. Non enim ex vita sua, sed ex auctoritate ecclesiastica Christi vicarius supremus principaliter est censendus, cum non vita sua ligare et solvere, alios iudicare habet et cognoscere in universa materia catholica et ecclesiastica, sed auctoritate et potestate universali sibi a Christo in Petro concessa.

Vnde ergo errat Huss consequenter scribendo [1]): *Quare autem Christus Petrum post se capitaneum et pastorem constituit, fuit preeminencia virtutum ad regendum ecclesiam. Aliter enim sapiencia patris inprovide eum constituisset ecclesie sue episcopum.* Et postea declarat eum habere tres virtutes excellenter sc. humilitatem, caritatem et fidem et concludit M [2]): *Si iam dictis virtutum viis incedit vocatus Petri vicarius, credimus quod sit eius verus vicarius et precipuus pontifex ecclesie quam regit; si vero vadit viis contrariis, est antichristi nunccius contrarius Petro et domino Jesu Christo. Vnde Bernhardus lib. 4. ad Eugenium papam ita scribit: Inter hec tu pastor procedis deauratus* [66[1a]] *tam multa circumdatus varietate; oves quid capiunt? Si auderem dicere, demonum magis quam ovium sunt pascua hec. Non sic factitabat Petrus vel Paulus ludebat. Et sequitur: Pastorem te populo aut nega aut exhibe, non negabis, ne cuius sedem tenes te neges heredem. Petrus hic est qui nescitur processisse vel gemmis ornatus vel sericis, non tectus auro vel vectus equo albo nec stipatus milite nec circumstrepentibus ministris, absque hiis cum satis credidit posse implere salutare mandatum: Si amas me, pasce oves meas. In hiis successisti non Petro, sed Constantino. Hec Bernhardus. Novit iste sanctus, quod Eugenius papa debuit esse vicarius in paupertate et humilitate, non in fastu sed in pastu ovium sequens Petrum. Nam illius est homo vere vicarius, cuius vicem gerit et a quo procuratoriam potestatem legittime accepit. Sed nemo vere et Christo acceptabiliter gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela est pertinens nec aliter nisi sub illa condicione recepit a deo procuratoriam potestatem. Et ideo ad tale officium requiritur et morum conformitas et instituentis auctoritas.* Hec ibi.

[1]) Opp. I, 211[b]. — [2]) ibid. 212[b].

Ecce error manifestus in hoc scripto, in quo fidelibus vult inculcare, sicut et multis heu illum errorem inculcavit, quod si papa sit malus, non sequens Christum in moribus, non est verus vicarius Jesu Christi. Vnde ergo inchoando illum punctum ponit causam, quare Christus elegerit Petrum, propter eminenciam virtutum, alias dicit quod inprovide constituisset eum sue ecclesie episcopum. Ex quo sequitur, quod Judam eligens episcopum fecit inprovide, quem scivit suum furem fore et proditorem, qui tamen verus fuit apostolus et episcopus, quem Christus dicit se elegisse inter duodecim et esse dyabolum contestatur. Sicut ergo apostolatus in Juda et episcopatus in Caypha fuit gracia gratis data, stans cum malicia persone: sic papatus cum non sit donum gratuitum, stare poterit cum malicia pape, sicut de hoc vide cap. X. C.

Et licet ibi raciones et auctoritates sint adducte, tamen adhuc auctoritas b. Bernardi pro confirmacione inducatur, qui super Cantica istum errorem destruens in sermone LXVI. sic scribit: [1]) »Iam vero [qui] ecclesiam non cognoscunt, non est mirum si ecclesie ordinibus detrahunt, [66[1b]] si instituta non recipiunt, si sacramenta contempnunt, si mandatis non obediunt prelatorum. Peccatores, inquiunt, sunt apostolici, archiepiscopi, episcopi, presbiteri ac per hoc nec dandis nec recipiendis ydonei sacramentis. Numquid ista duo conveniunt episcopum esse et peccatorem? Falsum est.« Respondet: »Episcopus erat Cayphas et tamen quantus peccator, qui in dominum mortis

[1]) *Migne* P. L. 183 col. 1100.

dictabat sentenciam. Si negas ipsum episcopum esse, arguet te Johannis testimonium, qui eum in testimonium sui pontificatus prophetasse refert. Apostolus erat Judas et licet avarissimus et sceleratissimus, electus a domino. An tu de illius apostolatu dubitas, quem dominus elegit? Nonne, inquit, ego, vos XII elegi et unus ex vobis dyabolus est. Audis episcopum et eundem extitisse dyabolum? Negas posse esse episcopum qui peccator est?« Hec ille.

Numquid Bernardus in spiritu sancto non hec previdisse est censendus, cum ista predicta omnia heu ex scriptura Huss et sermonibus suis et sibi adherencium sunt adimpleta, qui statum pape, archiepiscoporum, episcoporum et ceterorum prelatorum exposuerunt vilipendio, eorum peccata et malam vitam ad confundendum detegentes in presencia populi incessanter, officium et auctoritatem ecclesiasticam in prelatis propter malam vitam aliquorum contemptui exposuerunt ad tantum, quod ex hiis sermonibus papam vulgares Wiklefiste maledicunt et auctoritatem sui officii omnino parvipendunt, quia ipsum esse de mala vita ex eorum infamia facta in sermonibus perceperunt, utrimque [a]) inique et temerarie iudicantes, ecclesiam romanam et sedem apostolicam totaliter non recognoscunt, ordinibus ecclesie detrahunt, quia superioritatem et inferioritatem quoad claves ecclesie non admittunt, instituta patrum, concilia et determinaciones non recipiunt, sacramenta contempnunt et precipue sacramentum corporis Christi, in quo sacramento dicunt panem materialem post consecracionem remanere vel adminus ponunt problema neutrum, quod quidquid tenuerint in hac materia non peccabunt, allegantes publice in sermone, quia ecclesia antiqua posuit panem materialem remanere, sed ecclesia novella illa asserit non [b]) remanere panem, et suadent hominibus, quod ipsi maneant de hoc in suspenso, cum tamen ecclesia oppositum teneat et determinavit; [66[2a]] mandatis prelatorum omnino non obediunt, mandata et censuras deridentes et censuris publice reclamantes, clerum spoliant, ma-

a) L: utrumque. — b) Rkpp.: non asserit.

ledicunt, ubi possunt eorum malum procurantes. Et quis posset enumerare omnia mala, que heu fiunt in populo ex eorum sermonibus ortum habencia, qui inter officium et vitam non distinguentes predicaverunt erronee et scandalose, quod si papa Christum non sequitur in moribus, non est papa sed antichristus, et sic consequenter de aliis prelatis asserendo, sicut et Huss in hoc scripto id affirmat, in hoc ipso plurimos seducens, qui ad vitam solum et non ad officium respiciunt prelatorum et ita non credunt esse papam vel episcopum et peccatorem, quod est error insanus et stultus. [a])

Si enim non derogantes potestati et auctoritati ecclesiastice propter malam vitam prelatorum contra eorum vicia clamassent non cessando, sicut fecerunt ante eos predicatores autentici et sollempnes, iste error pessimus et insanus et multi alii in populo non succrevissent. Nunc autem quia predicaverunt sequelam Christi in moribus auctoritati et potestati ecclesiastice necessario colligari, foderunt foveam nimis periculosam, in quam multi plebei et clerici inciderunt. Quem errorem palliate in hoc suo scripto Huss approbat, dicendo papam non esse verum vicarium Christi, nisi ipsum in moribus sequatur.

Et arguit sic: Nam illius est homo vicarius, cuius vicem gerit et a quo procuratoriam potestatem legittime accepit. Sed nemo vere et acceptabiliter Christo gerit vicem Christi vel Petri, nisi eum sequatur in moribus.

Respondetur, quod maior est vera simpliciter de bono et malo vicario, quia non est dubium, quod Judas a Christo habens procuratoriam potestatem eius fuit vicarius. Sed minor habet duplicem sensum: unus sensus est, quod nemo vere i. e. meritorie et acceptabiliter Christo gerit vicem Christi, nisi eum sequatur in moribus — sic vera est minor et catholica quoad illum sensum, sed inpertinens ad maiorem, cum stat et in potestate seculari hominem esse pessimum in officio regis et tamen ipsum esse vere ex officio vicarium vel officialem regis: sic et in spirituali potestate, quia non bonitas vite sed eleccio et institucio legittima [b]) facit esse vere vicarium vel officialem in

a) L: nimis stultus. — b) L: canonica.

ecclesia militante; secundus [66[2b]] sensus est venenosus, quem iste scriptor pretendit illius minoris sub pulcris verbis quasi venenum sub melle tectum simplicibus propinando, sc. quod nullum Christus vere acceptat pro vices gerenti suo vel Petri, nisi illum qui sequitur eum in moribus, et ad illum sensum minor illa est erronea, cum Judam ad officium apostolatus [a]) elegit et per consequens acceptavit, qui tamen fuit fur et latro (Joh. VI).[1]) Nonne eciam Samueli mandavit deus populo acquiescere petenti sibi regem dare (I. Reg. 8) et ipsum Saulem in regem ungere (I. Reg. 9. et X.), quem tamen scivit esse malum et non facientem voluntatem suam, et tamen Saul vere accepit a deo per Samuelem regiam potestatem et verus vicarius fuit dei in regimine populi israelitici quoad potestatem secularem? In hoc enim inprovidencia dei non arguitur, cum ipsum Saulem et Judam quales forent prescivit ab eterno, sed in hoc magna dei bonitas ostenditur, quod sicut solem suum facit oriri super bonos et malos[2]), ita dona gratis data vite gratuite excellenter subserviencia in ecclesia militante communicat bonis et malis ex suo iudicio occulto et providencia speciali.

Et tamen ad probandam illam minorem in illo sensu secundo sic arguit, quod nulla est alia sequela pertinens nec aliter nisi sub illa condicione recepit a deo procuratoriam potestatem. Quod illum sensum secundum pretendat, manifeste ostendit in ista probacione. Si enim nulla est alia sequela pertinens in potestate procuratoria quacunque spirituali vel seculari, nisi sequendi Christum in moribus, nec aliter nisi sub illa condicione aliquis recepit procuratoriam potestatem, ergo ubi illa condicio non adesset circa procuratoriam potestatem, non esset verus Christi procurator, quod est falsum de Juda et Saule in spirituali et seculari potestate.

Et s e c u n d o sequitur, quod si aliquid factum esset ex illa procuratoria potestate, esset irritum et inane, cum talis malus non fuisset verus procurator. Et sic sequitur, quod si a Juda aliqui fuissent absoluti et baptisati, non vere fuissent absoluti et baptisati et omnes tales Christo ipsum eligenti deberent

[a]) Psáno: appellatus, pozd. rukou nad textem oprav.

[1]) v. 71. — [2]) Mat. 5, 45.

inputare. Et similiter si Saul in temporalibus bona aliqua ex regia potestate alicui aliquid [67[1a]] contulisset, non bene possideret ea, cum non fuisset verus rex et sic ex illa potestate nichil vere facere potuit et si quid fecit, vigorem non habuit, et illa illusio iterum venisset ex parte dei ipsum in regem eligentis.

T e r c i o sequitur, quod fideles essent nimis perplexi circa salutem animarum, cum circa pastores suos et prelatos nunquam scirent illam sequelam et condicionem adesse pastoribus et prelatis. Possent tamen esse interius ypocrite ymo heretici occulti, a quibus si pretensam susciperent absolucionem vel alia sacramenta, cum non essent veri procuratores Christi, non habentes aliquam sequelam pertinentem in sequendo Christum, cum illam in moribus non haberent, omnes tales deciperentur a deo, qui fecit salutem eorum ex vita prelatorum et pastorum mutabili et variabili et eis in toto incognita dependere. Sed quis ista nisi insanus vellet Christo ascribere?

Ideo oportet poni aliam s e q u e l a m i n p r e l a t i s e t p a s t o r i b u s e x p a r t e p o t e s t a t i s e t a u c t o r i t a t i s e c c l e s i a s t i c e et illa est in sacramentorum dispensacione et consecracione, quando illa consecrant et dispensant eo ordine sicut Christus instituit vel ecclesia per spiritum sanctum informata, in quibus Christus non vitam sed officium respicit sacerdotum, sicut de hoc diffuse est deductum cap. X, ubi iste error manifeste reprobatur.

Nec ad probandam illam intencionem venenosam sub verbis fucatis facit aliquid auctoritas b. Bernardi ad Eugenium papam per eum adducta, in qua b. Bernardus reprehendit pompam pape, sicut est merito arguenda, ex ornatu et superfluitate vestium, equorum, militum et ministrorum ipsum stipancium, asserens, ipsum in hoc succedere non Petro sed Constantino, non tamen ex hoc negans ipsum in officio et auctoritate ecclesiastica Petri esse verum et legittimum successorem, non vicarium Petri, sicut Huss asserit ‚vocatum P e t r i v i c a r i u m,' si non sequitur Christum in moribus, et in hoc falsum dicit, cum quilibet papa quoad officium ecclesiasticum sit non minoris sed tante auctoritatis et potestatis vicarie, quante fuit Petrus, habens illam auctoritatem et potestatem non a Petro, sed a Christo solo sibi in Petro concessam. Ideo non vicarius Petri, [67[1b]] cum sit

secum equalis dignitatis et potestatis in officio ecclesiastico, sed successor eius in potestate et sede et Jesu Christi est vicarius appellandus.

6. *De excommunicacione.*

[E cap. XXVI—83[1b]]. Primum modum ligandi et solvendi cum auctoritate allegata Richardi in tractatu de ecclesia cap. X. O posuisti, secundum autem modum maxime necessarium in ecclesia pociorem [a]), potestatem clavium concernentem, silencio pertransisti! Cur hoc, nisi quia excommunicacionem ab homine latam non pensas et ad vilipendendum tue sortis complices inducere voluisti? Quod et factum est: qui altis vocibus in castro Pragensi et in aliis ecclesiis civitatis Pragensis tue et ceterorum denuncciacioni tibi in hac parte coniunctorum sepissime reclamarunt. Cuius argumentum est, quod hoc facere pretendebas, tua rebellio pertinax et indurata, qua in excommunicacione maiori, aggravacione et reaggravacione perseveras. Praesertim tuum scriptum te de hoc convincit, in quo manu propria uni amicorum tuorum scripsisti inter cetera haec verba: *Habui literas de Anglia et presertim unam bonam epistolam, quam fidelibus Christi et specialiter mihi scripsit Richardus Witz presbiter magistri Johannis Wicleff confortando nos, ut sine advertencia censure fulminacionum predicemus efficaciter verbum dei.* Hoc utique cum tue sortis coapostolis ostendis et quod in mente ruminabas, iam in publicum protulisti, scindens periculose ecclesie unitatem. [b])

Audisti Magistrum sentenciarum excommunicacionem penam gravissimam asserentem. Usque quo claudicabis in duas partes [1]), partem scripturarum pro tua intencione et fulcimento acceptando, aliam partem contra te et tuas sentencias reclamantem non perpendens? Si Magistrum inducis pro tuo proposito,

a) A: paraciorem.
b) »Presertim... ecclesie unitatem« A nemá.

1) III. Král. 18, 21.

adhibeas eciam sibi fidem de excommunicacione et gravitate excommunicacionis determinanti, ut superius est declaratum.

Sed forte dices, sicut dicis publice et scribis pro tua excusacione in peccatis [1]), quod gaudes quia excommunicaris, sperans quod illa excommunicacio est passiva tua benediccio, cum dicit summus pontifex Mat. quinto: [2]) »Beati estis, cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et di [83[2a]] xerint omne malum adversum vos mencientes propter me: gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.«

Ó racio, non tam racio, quam ad excusandas excusaciones in peccatis contra deum iustum irritacio! Ubi mencientes adversus te propter Jesum demonstrasti? Non enim propter Jesum [3]) hec mendaciter pateris, sed propter errores, quos large seminasti, veraciter confunderis! Et cum frons tua facta est frons meretricis, quia erubescere non vis et penitere, ut cum tibi omnis vere et catholice racionis defecerit concertacio, pro stolidorum tuorum abusione sensuum antequam superbie tue cathedram humiliatus descenderes, revocanda revocans, estimo (utinam male!) quod pocius ignibus te subicere sis paratus.

Non legisti Magistrum dist. 18. cap. 7 sic dicentem inter cetera [4]): »Quos ergo secundum merita sentencia ecclesie percellit vel ledit, et illi foris sunt apud deum, qui autem non meruit, sentencia ecclesie non leditur, nisi contempnat.« Audi et Gregorium in omelia super illo verbo ‚Quorum remiseritis' [5]): »Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sentencia gregi timenda est, ne is qui subest et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligacionis sue sentenciam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel indiscrete absolvere timeat vel ligare; is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste nec pastoris sui iudicium temere reprehendat, ne etsi

1) Ž. 140, 4. — 2) v. 11 n.
3) Následující jest stejně v Pálčově Antihusovi str. 13.
4) *Migne* P. L. 192 col. 888. — 5) *Migne* P. L. 76 col. 1201.

iniuste ligatus est, ex ipsa tumida [a]) reprehensionis superbia culpa que non erat fiat.« Hec Gregorius.

Vide, quantum et quo terrore, si recta recte saperes, deberes concuti, dum hec in te manifesta concurrunt veritate! Crasse[1]) siquidem contumax a sancte ecclesie catholice obediencia recessisti in multorum scandalum et periculum; in sentenciis plurimarum ecclesiarum et super [b]) omnia summi pontificis Christi vicarii positus et publice denuncciatus timorem dei abicis nec censuram ecclesiasticam advertis, de verbo dei in cathe [83[2b]] dra superbie tue et quod amplius est de divino missarum officio bona reiecta consciencia audaci et sathanica presumpcione plena gemitu te per plures iam annos audes ingerere et cum rege Saule contra divinam obedienciam non victimas offerre sed scelus ydolatrie perpetrare.[2]) Proinde ut hec licencius posses facere, absque iugo factus es quasi arcus dolosus, potestatem clavium vilipendio quantum in te est exponis et annullas et papam verum vicarium Jesu Christi prefatam potestatem clavium supreme habentem hic in terris non solum inobediens contempnis, sed eciam turpibus lingue tue detraccionibus cum tue secte coapostolis antichristum esse turpiter et mendaciter describis, sibi abhominabilia crimina ex temerario iudicio ascribendo, ut per hoc ab obediencia sancta, iusta, sibi debita populum amoveres.

Considera ergo, que et quanta mala perpetras furore lingue tue et erubesce; qui ut scindas ritum ecclesie, etsi unus ex illa sed non unus in illa, romanam ecclesiam matrem omnium ecclesiarum esse abnegas, papam esse supremum vicarium Jesu Christi et caput in terris nullatenus concedis sed derides, potestatem clavium nimis deicis, indulgencias vilipendis, absolucionem peccatorum virtute clavium in papa et in aliis prelatis excessive restringis et in te ipso et tuis coapostolis nimis laxas; qui ut multos fautores seculares tibi allicias,

a) *Migne:* timidae. — b) A: insuper.

1) Další stejně v Pálčově Antihusovi str. 13 n. — 2) I. Král. 15, 23.

sacrilegium et violentam manuum inieccionem in sacerdotes eis pro peccatis non reputas, nulli petenti et potenti presumis absolucionem denegare, timens ne eos a te et a tua defensa vel adhesione repellas, de et ab omnibus cum tuis coapostolis [a]) indifferenter absolvis; et quem ecclesia excommunicat, tu cum tuis coapostolis non ligatum affirmas, et quem ecclesia iuste condempnat, tu iustificas. Sic iniurie atroces sunt [b]) iusticie, te cum tuis sequacibus approbante vilescunt claves ecclesie, gladius Petri non timetur et cum perversorum penis non compescatur effrenitas, pravis [84[1a]] continuo invalescentibus tandem victor sedebit in solio maiestatis princeps tenebrarum,[1]) artifex iniquitatis, firmaturus circumquaque propugnacula potestatis sue tyrannice, cui resistite fortes in fide[2]) omnes filii sancte matris ecclesie.

Ex hiis animadverte, si beatus et non pocius maledictus dignius appellaris et si non benediccionem sed malediccionem a deo iuste consequaris. Vnde non merces copiosa in celis tibi iuste preparatur, qua attenta deberes gaudere et letari, sed pena infinita inferni et horribilis tibi ex tuis demeritis disponitur, si non penitebis. Nempe enim sicut qui errantem ad viam ducit veritatis, non parvum habet meritum, sic nimirum qui male dogmatisando seducit, magnum sibi accumulat demeritum et penam in inferno, quam ante oculos tuos si poneres, deberes gemere et tristari et agere penitenciam fructuosam, emendans emendanda et revocans revocanda, ut sicut fuisti multis tua doctrina [et] scriptis pestiferis in ruinam, ita [sis] tibi et tuis sequacibus in resurreccionem per salubrem conversionem et emendam. [c]) Credens et aliis credendum predicans, quod potestas clavium ad culpe remissionem se extendat et ut viatores libenter et proni suscepcionem sacramentalis absolucionis cum reverencia frequentent; quia cum graviter sepe peccent, habent se inde [d]) coram sacerdotibus accusare in confes-

a) L: sequacibus. — b) L: fiunt.
c) A: conversacionem, L: emendacionem. — d) L: bene.

1) Ef. 6, 12. — 2) I. Pet. 5, 9.

sione ad sacramentum penitencie suscipiendum; quodsi sunt in gracia, graciam consequentur ampliorem, si autem nondum sunt in gracia sed atteruntur, pro consequenda gracia quantum in eis faciendo, tunc dupliciter illam graciam consecuntur; quodsi nec sic nec sic, dummodo voluntate hoc sacramentum recipiunt, eius effectui obicem non ponendo, graciam remissionis consecuntur non ex suo merito sed ex dei pacto, ut supra est declaratum, sicut est et contingit in baptismate parvuli et adulti.

7. *Contra argumenta Joannis Hus.*

[Cap. XXVII—87^{2b}]. *Quantum ergo ad potestatem, qua gloriantur clerici, est notandum, quod potestas aliquando sumitur pro potentatu vel potestate vera, ut Rom. 13: ‚Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit,' aliquando sumitur equivoce pro potestate pretensa vel palliata, ut Luc. 22 dicit Christus suis captoribus missis a potestate pontificum: ‚Hec est hora vestra et potestas tenebrarum' et Apok. 6 dicitur: ‚Ecce equus palidus et qui sedebat super eum, nomen illi mors et infernus sequebatur eum et data est illi potestas super 4 partes terre interficere fame et morte et bestiis terre,' et Apok. 13 habetur, quomodo draco dedit potestatem bestie et quis pugnare poterit cum ea? Et infra: ‚Datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere illos et data est ei potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem et adorabunt eam omnes qui habitant terram, quorum non sunt nomina scripta in libro vite et agni, qui occisus est.' Que est ista bestia, quam adorant homines timentes eius potestatem? Qui legit, intelligat et potestati huiusmodi pretense resistat... ad vite sue tempora non probabunt.* Hec ibi et est finis capituli XI. [1])

Attendite, fideles christicole, iuxta doctrinam salvatoris Mat. VII a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces. [2]) Et hic est falsus propheta Huss, qui adducens scripturam false et inpertinenter quasi in vestimentis ovium venit, intus autem est lupus

[1]) Opp. I, 217^{b}, 218^{b}. — [2]) Mat. 7, 15.

rapax, cum adducit scripturam, non ut doceat sed ut fallat. Et a talibus monet quemlibet christianum cavere super illo verbo Mat. 4 allegato per dyabolum ‚Scriptum est enim: angelis suis' etc. b. Ambrosius sic inquiens: [1]) »Non te decipiat hereticus in hoc, quod potest aliqua de scripturis exempla proferre; utitur enim dyabolus testimoniis scripturarum, non ut doceat sed ut fallat.« Hec ille.

In hoc enim scripto cum adduccione scripturarum falsa [88^{1b}] et inpertinenti quinque nititur per suum scriptum fidelibus inculcare, et quedam sunt erronea et alia falsa, ut inferius ostendetur.

Primo in distinccione potestatis cum supra notatis intendit fidelibus inculcare, quod si vita potestati non correspondet, non est vera potestas sed pretensa [2]), et ille est suus error communis in hoc tractatu, quo semper respicit ad vitam et non ad officium prelatorum, in hoc graviter errans et suos sequaces infideliter errare faciens, cum veritas potestatis quoad alios non dependet ex veritate et sanctitate vite, sed ex veritate sacramentorum, que ex tali officio conficiuntur, consecrantur et administrantur. Si enim vera sacramenta sunt, que malus prelatus conficit, consecrat et administrat, vera est potestas, que talia facit; sed ita est, quod vera sunt sacramenta, que malus prelatus servato ordine ecclesie conficit, consecrat vel administrat — igitur et vera est potestas eius. Consequencia est nota, quia si effectus potestatis verus est, et potestas, a qua ministerialiter procedit ille effectus, vera est. Et antecedens patet per illud Augustini contra hereticos (habetur 1. q. 1) [3]): »Si iustus fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quesivit dicens: Ego plantavi, Apollo rigavit, deus incrementum dedit; qui vero superbus minister fuerit, cum dyabolo computatur. Sed non contaminatur donum Christi, quia per illum purus fluvius transit et venit ad fertilem terram. Scio quia lapis per se fructum ferre non potest et per lapideos canales transit aqua ad areolas et in canali lapideo nichil generatur, sed ortus plurimum fructum affert. Spiritualis vero virtus sacramenti ut

[1]) *Migne* P. L. 17 nenalézám.
[2]) Srv. k následujícímu Pálčova Antihusa str. 17 nn. — [3]) c. 30.

lux pura ab illuminandis excipitur, sed per inmundos transiens non coinquinatur.« Idem in lib. de corpore domini sic dicit[1]): »Intra catholicam ecclesiam in misterio corporis et sanguinis domini [88[2a]] nichil a bono maius, nichil a malo minus conficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris et virtute spiritus sancti. Si enim in merito sacerdotis esset, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut Christus est qui baptisat, ita ipse est, qui per spiritum s. suam efficit carnem et transfundit in sanguinem (habetur 1. q. 1 cap. ubi supra).

Alias si in malo prelato non esset vera potestas sed pretensa, ille error sequeretur, quod si papa vel prelatus non sequitur vitam Christi, sed est in peccato mortali et male vivens, non est papa vel prelatus. Quia cum non sit verus papa vel prelatus sed falsus, non est papa vel prelatus. Sed hoc est graviter errare, in quo errore sui discipuli generaliter sunt conclusi, non considerantes, [quod] sicut stat aliquem esse malum hominem vel christianum et cum hoc esse bonum vel verum magistrum in officio vel artificio, sic stat esse aliquem malum hominem et christianum et esse bonum vel verum papam vel prelatum. In primo est malicia vite, in secundo est bonitas vel veritas officii, que simul se compaciuntur, ut superius est declaratum cap. X.

Nec obstat illud Jeronimi ad Luciferianum sic dicentis[2]): »Sicut Christus est qui baptisat, ita ipse est qui sanctificat; unde oro te, ut aut sanctificandi ei licenciam tribuas, cuius baptisma probas, aut reprobes eius baptisma, quem non putas esse sacerdotem. Neque enim fieri potest, ut qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.« Solvit Gracianus sic subdens: »sed hoc de peccatore tantum catholico et non heretico intelligendum est. Quicquid cum fide pro officio facit licet indignus, cum divina gracia cooperante ratum esse conceditur. Alioquin si de hereticis dictum intelligeretur, ipse contrarius sibi esset, cum dicit in Ozee: ‚Sacrificia eorum quasi panis lugencium; omnes qui [88[2b]] comedunt eum contaminabuntur, quia panis eorum anime ipsorum, non intrabit in domum domini' et alibi in persona domini: ‚Maledicam benediccionibus vestris' h. e. quicquid a vobis benedicetur, per me erit maledictum. Hoc ergo intelligendum est de heretico, illud autem ad Luciferianum de peccatore ecclesiastico. Vnde Augustinus in lib. de corp. dom.: Intra catholicam ut supra« (et habetur illa obieccio cum solucione 1. q. 1. Sicut Christus est qui baptisat) [1]).

Ubi sciendum, sicut dicit glosa super illo Augustini Si iustus 1. q. 1.[2]), [quod] ab illo capitulo usque ad cap. Eciam corde[3]) ostendit magister, quod sacramenta hereticorum vera sunt et vere ab eis conferuntur, si in forma ecclesie conferantur; non tamen quoad virtutem. Distinguit tamen, quod sacramenta necessitatis si in necessitate quis sumat ab heretico vel eciam si ignoranter sumat, et virtutem et veritatem quidem accipit sacramenti; si vero non necessitate vel scienter acceperit, veritatem quidem accipit sacramenti, non virtutem; si tamen agit penitenciam, habebit utrumque (de cons. dist. IV. Tunc valere[4]) et c. Sed notandum[5]). In sacramento vero dignitatis, ut in ordine, distingue secundum illam distinccionem que habetur IX. q. 1. Ordinaciones[6]), ubi sic habetur: »Ordinaciones, que ab heresiarchis nominatim excommunicatis facte sunt et ab eis, qui catholicorum adhuc vivencium episcoporum sedes invaserunt, irritas esse iudicamus, nisi probare voluerint se cum ordinarentur eos nescisse dampnatos. Qui vero ab episcopis quondam catholice ordinatis, sed in scismate a romana ecclesia separatis consecrati sunt, eos nimirum [cum] ad ecclesie unitatem redierunt, servatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si vita et sciencia eos commendat.« Hec ibi. Subdit glosa: In sacramento eukaristie [89[1a]] dicimus, quod de manu heretici sumendum non est (XXIV. q. 1. cap. ult.)[7]) si tamen accipitur, verum est corpus Christi, si in forma ecclesie est confectum, non prout quidam dicunt, quod ipsi non conficiunt (XXIV. q. 1. Scisma)[8]). Nec obstat auctoritas iterum s. Jeronimi supra allegata in Sophoniam, cuius glosam vide in margine ex opposito illius auctoritatis, ubi supra Huss eam allegavit.

---

[1]) c. 77. I, 1. — [2]) c. 75. I, 1.

[1]) c. 75 nn. — [2]) c. 30. — [3]) c. 48. — [4]) c. 42.
[5]) dict. Grat. § 1. po c. 39. I, 1. — [6]) c. 5. — [7]) c. 42. — [8]) c. 34.

Item secundo cum dicit: *Que est ista bestia* etc., pretendit inculcare hominibus, quod illa bestia est papa, quam homines adorant, patrem sanctissimum appellant et habentem universalem potestatem hic in terris, quam innuit esse datam a dracone i. e. a dyabolo. Vnde dicit: *Que est ista bestia, quam adorant homines timentes eius potestatem? Qui legit, intelligat et potestati huiusmodi pretense resistat* etc. ut supra. Et ad hoc adducit false scripturam Apok. 13, ipsam truncando, ponens principium et finem et medium subtrahens. Nam sic scribitur ibi [1]): quomodo »draco dedit potestatem bestie et adoraverunt bestiam dicentes: Quis similis bestie et quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna et blasphemans et data est illi potestas facere menses XLII et aperuit os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui in celis habitant, et datum est illi facere bellum cum sanctis et vincere illos et data est ei potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem.«

Revera qui legit, intelligat, quod ille textus scripture ad literam non potest intelligi nisi de antichristo, qui in fine mundi est venturus, sicut de hoc est satis dictum cap. XIV, ubi eciam ista auctoritas exposita est, que ad literam de papa nullomodo intelligi potest, ut ibi est deductum. Vnde ergo truncando scripturam et ad alium sensum, quem spiritus s. non efflagitat, [89^{10}] inducens, licet quis ab ecclesia non recesserit, tamen ex [hoc] solo hereticus appellari potest, maxime is qui ignorancia non excusatur. Hic autem ignoranciam pretendere non potest, cum partem scripture, que suo deservire non potest proposito, subtrahit scariothice et aliam partem scripture, que secundum corticem et non sensum spiritus sancti videtur pro suo errore, inducere non veretur. Nisi forte velit dicere, sicut et quidam suus coapostolus publice asseruit [2]), quod papa iste modernus Johannes 23. sit ille antichristus realis nec alius esset expectandus, quod iterum est error, sicut deductum est de ecclesia malignancium cap. XV.

Et si illa verba Apok. sic ut supra positum est allegata de antichristo mistico vellet intelligere, tunc non de papa, sed

1) v. 4—7. — 2) *Jakoubek ze Stříbra* v quodlibetu Čížkově r. 1412.

de ipso et suis coapostolis verius possunt intelligi. Ipse enim et sui coapostoli iam fere per XLII menses i. e. per medium quartum annum habuerunt potestatem regnantes et dominantes, ita quod nullus prelatorum in eos manus audebat extendere et a suis sequacibus ipse Huss tamquam illa bestia adoratur, cum omnibus prelatis ecclesie per totam christianitatem et papa et omnibus doctoribus abiectis et vilipensis ipsum reputant scienciorem et sancciorem dicentes: Quis similis bestie et quis poterit pugnare cum ea? Tam enim excelsam [a]) turrim ei edificare conati sunt, ut eum primo natum pro patribus [1]) et pre patribus post quosque doctores previos novos et veteres fateantur, qui solus et in modernis primicerius recte scripturam tractat et digerit, cecorum oculos illuminat pre ceteris et lumen est sedentibus in tenebris et umbra mortis [2]). Quis ergo similis huic bestie? Nec est qui se disputando sibi audeat opponere — quis igitur poterit pugnare cum ea?

Turris hec novis structuris suis sequacibus visa est altissima — ideo hac intumescens superbia posuit in celum os suum et lingua eius transivit in terra [3]), [89^{2a}] dum loquens magna et blasphemans[b]) aperuit os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui in celis habitant. Blasphemare nomen eius secundum glosam est blasphemare fidem et obedienciam Christi, per quam nominabilis et laudabilis et dignus est nominacione et memoria, quia memoria iusti laudabilis et nomen impiorum putrescit (Prov. IV) [4]).

Hanc fidem Christi blasphemat, quando sancte romane ecclesie sponse Christi de septem sacramentis ecclesie, de clavibus, officiis et censuris ecclesie, de moribus, ritibus, cerimoniis, libertatibus et sacris rebus ecclesie, de veneracione reliquiarum, de indulgenciis, religionibus et ordinibus in ecclesia in fide se cum suis coapostolis non vult conformare et prefatis verbo, facto et scriptis manifeste contradicit, nolens eciam fateri

a) A: excessam. — b) A: blasphemias.

1) Ž. 44, 17 (srv. Antihusa str. 154). — 2) Luk. 1, 79. — 3) Ž. 72, 9. 4) Přísl. 10, 6.

cum suis esse standum in omni materia catholica et ecclesiastica sentencie et determinacioni sedis apostolice et ecclesie romane, cuius papa supremus Christi vicarius est caput, sed ut scindat ritum unitatis ecclesie, summum pontificem Christi vicarium inmediatum et eius supremam auctoritatem hic in terris blasphemat inpudice, ut ab eius obediencia populum retrahat catholicum et fidelem.

In hoc eciam tabernaculum Christi blasphemat, quia papam Christi vicarium in cuius potestate universali et vicaria Christus residens ut in tabernaculo, in illa et per illam regit et dirigit ecclesiam; in hoc eciam quod sanctam romanam ecclesiam blasphemat, tabernaculum Christi blasphemat indubie, a qua milites Christi suscipiunt arma i. e. doctrinam catholice fidei et sacramenta.

Blasphemavit eciam sanctos eius, qui in celis habitant, quando non accedente aliqua auctoritate ecclesie laicos ex inobediencia et eorum superbia decollatos ausus est sanctificare et sanctos predicare ex semetipso, sanctitatem autem sanctorum patronorum et aliorum sanctorum ab ecclesia approbatorum ac corpora eorum et reliquias vilificans predicando. Blasphemaverunt deinde sui apostoli Virginem Mariam, [89[2b]] que Christum in utero suo sicut in tabernaculo novem mensibus baiulavit, dum ab eius honore et veneracione fideles retrahentes ausi sunt matrem Christi, sic primam[a]) creaturam et sanctissimam racionalem post Christum hominem, aliis mulieribus coequare dicentes, quod est mulier sicut alia mulier, et ritum sancte matris ecclesie circa eius peplum et reliquias hactenus observatum vilificare studuerunt, dicentes de peplo suo habito pro tali pie a priscis temporibus, quod sit plasta[b]) sicut alia plasta.

Et sequitur in auctoritate allegata: »Et datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere illos.« Nonne et hoc factum est, cum eius suggestione, consilio et hortacione sacerdotes multi sancti quoad vitam et omnes sancti quoad officium persecucionem passi sunt, e quibus quidam percussi, alii depopulati, alii a propriis ecclesiis expulsi, alii male et inhoneste tractati sunt, alii autem exilium paciuntur, et ex hoc quasi victi habentur, dum sic angustiati et afflicti caput non audent erigere.

a) Rkpp.: previam. — b) Tak, místo: plachta.

Sed in hoc tempore tribulacionis nullus sic ingemiscat, quasi finis seculi instet. Oportet enim hec fieri, sed nondum statim finis.[1]) Non miremur, non murmuremus quasi tribulacionis nostre causa in nobis non fuerit, sed flagelli huius percussionem merente iniquitate nostra multiplici sc. avaricia, superbia, gula, luxuria, symonia subortam estimemus. Consolati tamen divine sapiencie subtilitate, ex malis bona sciente et volente deducere in salutem fidelium, recte sub hoc flagello se habencium, speremus hanc tribulacionem a deo iuste permissam, sed in necessariam opportunamque ecclesie reformacionem occasionaliter convertendam. Pro quo mente revolvendum, quomodo ad ingentem sepe utilitatem divino iudicio fideles diverso flagellacionis verbere agitantur et plerumque percussi leguntur, qui si deo ut debent gracias egerint sueque culpe, quod talibus digni fuerunt, imputaverint[a]), hoc quod in tribulacione tolerant, pro virtutibus reputabitur, qui et divinam agnoscunt iusticiam [90[1a]] et intelligunt suam culpam. Flagellum autem tunc diluit culpam, cum mutaverit vitam, et cuius mores non mutat, iniquitatem non expiat.

Discat ergo non murmurare, qui tribulaciones patitur, eciamsi ignoret cur malis quatitur, per hoc iuste se pati arbitrans, quoniam ab illo iudicatur, cuius nunquam iniusta iudicia sunt. Ideo dicit Augustinus de verbis domini[2]): »Nonne melius est tibi, ut te flagellet et recipiat, quam tibi parcat et te repellat?« Hec ille. Et ideo ut levius portet quod patitur, sua discuciat mala, pro quibus sibi infertur retribucio iusta et tunc iustificabitur, quia seipsum accusat et dei iusticiam laudat. Vnde b. Jeronimus[3]): »Quia sine peccato non vivitur nec ad ipsum cum peccato acceditur, pius per ardorem verberis rubiginem exurit iniquitatis.« Hec ille.

a) Psáno: reputaverint.

1) Mat. 24, 6. — 2) *Migne* P. L. 38 nenalézám. — 3) Kde?

Eya ergo episcopi, prelati, plebani et sacerdotes singuli in Bohemia degentes summopere caveatis, ne sitis hodie, quos dominus per prophetam arguens dixit [1]): »Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.« Humiliamini sub potenti manu dei [2]), convertimini ad dominum penitenciam agentes super iniquitate [3]) et vitam vestram emendetis, pompam superfluam in equis, familia et vestitu deponentes, symoniacam heresim abhorrentes, pluralitatem prebendarum non habentes, unde cultus divinus minuitur, pauperes spoliantur et fidelibus mala exempla dantur. Videte, ne corpora vestra graventur crapula et ebrietate [4]) et omnino ut concubinas non teneatis, que patrimonium Christi comedant et consumant, quod in pauperum usus, in divini cultus amplificacionem et pro infidelium conversione aut in huiusmodi pietatis operibus sit modis congruis expendendum.

Cavete, ne pro sepultura, confessione, ordinacione aliquid inportune exigatur et ne tabernas visitetis, ludos alearum et taxillorum quoslibet et venaciones non exerceatis, sed singularis decor continencie victu, ritu vos perornet et vestitu, ut lux vestra luceat coram hominibus et glorificent patrem vestrum qui in celis est [5]). Non sitis officiales plus fisci quam Christi, ut sub [90[1b]] camerarii, purgravii, forestarii etc., totis nisibus militantes mundo in curiis principum et secularium iudiciorum seu parlamentorum. Ubi enim est cum secularibus negociis frequens vel continua implicacio, ubi inter ambiciones et pompas et voluptates assidua conversacio, ibi non consuevit esse lacrimarum irrigacio vel devocio. Ideo dicit Apostolus [6]): »Nemo militans deo implicat se negociis secularibus.« Vnde ab implicacione et cura secularium negociorum expediti officio sacerdotali vel cure pastorali, si estis pastores, vigilanter intendatis aut dimissis officio sacerdotali et cura pastorali secularibus officiis vos implicetis, quia utrumque simul apostolo teste agere non potestis.

Et ut in unum multa concludam, audite consilium apostoli ad Eph. 5 dicentis [7]): »Videte itaque fratres, quomodo caute

1) Jer. 2, 30. — 2) I. Pet. 5, 6. — 3) Ez. 18, 30. — 4) Luk. 21, 34. 5) Mat. 5, 16. — 6) I. Tim. 2, 4. — 7) v. 15—21, 3—8.

ambuletis, non quasi insipientes sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri inprudentes sed intelligentes, que sit voluntas dei et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis et in ympnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris domino, gracias agentes semper pro omnibus vobis in nomine domini nostri Jesu Christi deo et patri, subiecti invicem in timore Christi.« »Fornicacio autem et omnis inmundicia aut avaricia, quod est ydolorum servitus, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurilitas, que ad rem non pertinet, sed magis graciarum accio. Hoc autem scitote intelligentes, quia omnis fornicator aut inmundus aut avarus non habebit hereditatem in regno Christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: ecce propter hoc venit ira dei in filios diffidencie. Nolite ergo fieri participes eorum. Et si eratis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino: ut filii lucis ambulate.«

Sed numquid hodie omnes sacerdotes domini et prelati in antedictis culpabiles fuerunt malis, ut ista persecucio et ira dei in sortem dei perveniret? Absit! Reliquit enim dominus sibi [90[2a]] in Israel septem milia virorum, quorum genua non sunt curvata ante Baal (3. Reg. 19) [1]). Non ergo credendum est omnes sacerdotes et prelatos persecucionem passos predictis malis fuisse obnoxios. Deus enim peritissimus medicus diversis diversimode tribulacionis applicat medicinas. Quosdam enim videns deus nolle proprio voto corrigi, adversitatum tangit stimulis, quod comoda racione facere consuevit, quoniam percutit ad dampnacionem reprobos, ad probacionem quos errare videt electos, ad purgandam vero meritorum gloriam iustos. Non idcirco iudicemus nos alienari a Christo talia passi, sed magis ad se hac occasione nos emendatos velle induci speremus dicente Amos propheta [2]): »Tantummodo vos cognovi ex omnibus nacionibus terre, ideo visitavi super vos omnes iniquitates vestras.« Quem enim dominus diligit, corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit [3]). Si enim extra disciplinam essemus, adulteri et non filii essemus. Quis enim est filius, quem non

1) v. 18. — 2) Am. 3, 2. — 3) Přísl. 3, 12.

corripit pater? Igitur in disciplina perseveremus — tamquam filiis se offert nobis deus — et mutemus mores, ut discipline flagellum reatum et penam expiet delicti, et miserebitur nostri deus noster, inceptam a populo suo electo indignacionem cicius aversurus.

Sed redeundo ad propositum quilibet fidelis christicola ponderet in libramine sue racionis: si scriptura sacra debeat capillari, numquid verba Apocalipsis supra allegata sine truncacione posita non pocius Huss et suis coapostolis tamquam antichristis misticis et non pape pocius valeant coaptari? Ut ergo veraces christicole a fide vera et catholica, quam patres eorum et patres patrum tenuerunt, propter pestiferam doctrinam Viclefistarum non discedant, quia nituntur eos ab imitacione Christi violenter vel subdole removere — subdole inquam, cum ad vilipendium sacramentorum, clavium, censurarum ecclesie, indulgenciarum et reliquiarum suis callidis suggestionibus populum inducere conantur, violenter autem, cum per terrorem brachii secularis ad illud com [90[3b]] pellere nitebantur. Prophanare enim plures sacerdotes et parochianos seculares prophanas ecclesias cogebant visitare.

Item tercio, cum scribitur consequenter: *Vnde veraces christicole* etc., inducit populum palliate ad resistendum papali potestati, quam vocat *pretensam potestatem et seducentem ab imitacione Christi subdole vel violenter:* subdole indulgenciarum concessione, violenter in ecclesiasticarum censurarum fulminacione. Scribit enim, quod *sic resistendo illi potestati dei potestati non resistitur, sed abusui potestatis et illum abusum exercent circa potestatem clavium symoniaci, qui pretendunt se vel dampnare inmeritos vel solvere ligatos et propter negacionem ficte obediencie eorum vel propter eorum questum.*

Ecce quomodo palliate suam colorare volens inobedienciam, papam innuit abuti clavium potestate, acsi inmeritum dampnaret ecclesiasticas per censuras et alios ligatos solveret propter questum indulgencias concedendo! Et licet hoc aliquando possit contingere, cum papa in talibus errare posset, in facto tamen suo errorem locum habere non

ostendet nec indulgencias propter abusum contingentem ex scitu vel preter scitum pape totaliter annullabit.

Item quarto scribit, cum dicit: *Illum eciam abusum exercent symoniaci sacros ordines vendentes et ementes, episcopatus, canonicatus et plebanias symoniace acquirentes, de sacramentis inportune exigentes, voluptuose luxuriose avare vel quomodolibet criminose viventes et sacerdocii polluentes potestatem, illi sunt infideles et clerus pestifer, infideliter senciens de septem sacramentis ecclesie, de clavibus, censuris et aliis pertinentibus legi Christi,* et quod *dictum doctorum in consilio dato per eos verificaretur in talibus.*

Sed salva reverencia sua errat graviter, non distinguens inter fidem formatam et informem. Hii enim, quos nominat, male nequiciose agunt, quia tales, ut asserit et est verum, nomen dei despiciunt, filium dei crucifigunt, blasphemant maiestatem domini, inpie agunt in legem Christi, non credunt in deum — ex hiis tamen omnibus non sequitur [91[1a]] eos infideliter sentire de septem sacramentis ecclesie, de clavibus, de officiis, de censuris ecclesie, de veneracione reliquiarum, de indulgenciis, ordinibus, religionibus in ecclesia etc. Veram habent fidem, informem licet, non formatam. Sed hii infideliter senciunt, qui aliter de talibus tenent, asserunt et dogmatisant quam romana ecclesia determinavit et diffinivit, et tales omnes et singuli sunt clerus pestifer, quos doctores in suo denotaverunt consilio. Et qui sunt, illi doctores eosdem noluerunt nominare nec aliquos ex nomine infamare, si forte ad penitenciam redire vellent non confusi nec coacti. Sed indurata sunt corda eorum sicut cor pharaonis et nolunt cessare ab erroribus, nisi deus plagas in eos inmiserit in manu potenti et brachio extenso.[1]) Et utinam finaliter tunc cessarent! Tanta enim est eorum rebellio et cordis duricia obfirmata, quod informacionem non recipiunt, sed pro informacione et beneficiis convicia reddunt et contumelias more Judeorum et dum leviter exagitati fuerunt, ad atroces iniurias se convertunt.

Quod in eorum duce et capite Huss ostenditur evidenter, qui scribens se servum Jesu Christi Christum non imitatur.

---

[1]) Deut. 5, 15 a j.

Christus iniuriam suscipiens non irascitur, non contumeliosa verba respondit, sed sibi false exprobrancium mala tacuit, ne ministerium iuste increpacionis in arma verteret furoris — Huss autem archiepiscopum bone memorie Sbinkonem, magistros seniores et doctores multosque prelatos, canonicos et sacerdotes suis erroribus non faventes ausus est in ambone et in scriptis ex nomine confundere, occulta facta predictorum detegens coram populo et plerumque quod deterius est mendacia eis pro veris ascribens verbo et in scriptis. Quis est [1]), cui non exprobraverit, qui se abscondere valuit a detraccione et vituperio lingue sue, nisi sue sortis coapostoli? Alii omnes iniqui, omnes perniciosi, qui sibi non adherent. Et dum se sibi opponunt, ipsum et suos sequaces verbo et in scriptis fraterne vel in genere corrigendo, more reproborum et servorum antichristi verba veritatis non valens sustinere, ad lapides iacientes i. e. convicia se convertit, quod pluries [91[1b]] in hoc fecit tractatu et presertim in isto scripto, dum doctores ex nomine ponens confundit, quosdam dicens[a]) alios per eos attractos et unum ex eis Merdam appellando.

Non legit forte Gregorium super illo Joh. VIII ‚Jesus autem abscondit se et exivit de templo' sic dicentem [2]): »Quanta humilitate iram proximi fere debeat, perpendat homo, si furores irascencium abscondendo se declinavit deus.« Et ad propositum: »Nemo ergo se contra acceptas contumelias erigat, nemo conviciis convicium reddat. Imitacione etenim dei gloriosius est iniuriam tacendo fugere quam respondendo superare.« Hec ille. Ipse autem a doctoribus in consilio eorum sano et catholico nullam iniuriam passus nec nominatus eorum dicta subsanavit et eos verbis et in scriptis ex nomine infamavit, iniuriam tacendo nedum non propulsans, sed iusticiam et veritatem catholicam inpugnavit, personas ex nomine confundendo. Ex quo superbia palam sua ostenditur, ut non servus Jesu Christi, sed antichristi appellari pocius mereatur.

a) A: duces.

1) Srv. úvod Pálčova Antihusa str. 4. — 2) *Migne* P. L. 76 col. 1152 n.

Item quinto scribit, cum dicit, quod *ideo suborta est dissensio, quia sacerdotes Christi contra cleri pestifera crimina predicarunt.* Quod non est verum, cum ab antiquis temporibus, cum adhuc Huss fuit in lumbis patris sui, predicatores in regno Bohemie autentici et sollempnes predicaverunt contra symoniacam heresim et contra alias hereses ubicunque vigebant, contra avariciam, voluptatem, superbiam et luxuriam cleri. Et quia in talibus predicacionibus errores XL quinque articulorum non miscuerunt, populum communem sentire et credere sicut romana ecclesia credit docuerunt de septem sacramentis ecclesie, de clavibus, officiis et censuris ecclesie, de veneracione reliquiarum, de moribus, ritibus, cerimoniis, de libertatibus ecclesie: talis dissensio in clero regni Bohemie non surrexit, sicut hodie est suborta. Nam communitate cleri sic credente et senciente de predictis quidam, sacerdotes Christi se appellantes, cum sint pocius antichristi, melli venena in predicacione miscuerunt, XLV articulos erroneos aut hereticos vel scandalosos approbantes et a communi [91[2a]] fide tocius christianitatis de omnibus supradictis populum abducentes, nolentes fateri sentencias Vicleff pestiferi, contrarias sentencie, determinacioni et diffinicioni romane ecclesie et sue fidei de predictis, esse falsas et erroneas: ideo suborta est in clero dissensio, dum quidam clerus, non ewangelicus ut asserit sed antichristicus, communitati tocius cleri ymmo tocius christianitatis in credendo se noluit conformare.

Cuius facilis est probacio, quia talis clerus condempnacioni sancte et iuste illorum XLV articulorum contradixit et die hodierna contradicit, quorum tamen nullus est catholicus, sed quilibet eorum aut hereticus aut erroneus aut scandalosus, quidam autem ex illo clero multos ex eisdem articulis asserunt habere veritatem, unde et plures ex illis in scolis publice esse veros et catholicos determinaverunt, unus autem ex eis dux eorum dixit pluribus fide dignis, quod negare non poterit, quia vellet omnes preter unum tamquam veros [et] catholicos defensare.

Alia probacio. Nam cum communitas cleri in regno Bohemie de septem sacramentis ecclesie, de clavibus, censuris et aliis sepe nominatis nedum cum communitate tocius cleri in mundo, sed eciam tocius christianitatis semper sentit fideliter et credit sicut romana ecclesia et non aliter, cuius romane ecclesie papa est caput, corpus vero collegium cardinalium, et quod in omni materia catholica et ecclesiastica est standum fidei, sentencie et determinacioni sedis apostolice et romane ecclesie, eo quod papa existens caput, collegium vero cardinalium corpus, sunt in officio ecclesiastico cognoscendi et diffiniendi causas ecclesiasticas in universa tali materia veri successores principis apostolorum Petri et collegii aliorum apostolorum; cum autem communitas tocius cleri in mundo et tocius christianitatis sic sentit et credit, sicut est supra dictum, et quidam clerus in regno Bohemie non sic credit et sentit: numquid non clerus erroneus et pestifer est appellandus, cum fidei et credulitati, sentencie et diffinicioni de predictis manifeste contradicunt, sicut patet in replicacionibus et in isto tractatu [91 [2b]] et alio Quidamon appellato, in quibus Huss pro se et suis complicibus prefatas impugnat veritates. Nec super dicta conclusione condempnacionis articulorum et super veritatibus prefatis volunt stare sentencie et diffinicioni sedis apostolice et romane ecclesie nec alicuius iudicis ecclesiastici super terram. Videat ergo Huss, si adhuc doctoribus viventibus eum male sentire et credere sit probatum.

8. Utrum papalis dignitas sit a caesare.

[E cap. XXIX—97 [b]]. *Et patet notantibus cronicas, quomodo inolevit papalis dignitas ... ut specificat decretum 96. dist. Constantinus.* Hec Huss. [1])

Respondetur: Falsum est, quod papalis dignitas inolevit ex statuto et precepto Constantini et Foce imperatoris, cum ante conversionem Constantini sanctus Silvester fuit papa et multi alii, licet hoc nomen papa non semper denominavit illam potestatem capitalem et fontalem super

[1]) Opp. I, 220[b].

terram, tum quia non statim fuit inventum, quando hec potestas a Christo fuit instituta, tum eciam et quando primum fuit adinventum, fuit nomen commune episcopis. Sed postea quando hec potestas capitalis et fontalis fuit cognita, [98 [1a]] tunc hoc nomen reservatum est pro solo episcopo romano, ne omnes episcopi crederentur esse equalis auctoritatis et potestatis ecclesiastice. Nichilominus hec potestas capitalis et fontalis et generalis cognoscendi et diffiniendi in universa materia catholica et ecclesiastica et curam habendi universorum Christi fidelium a Christo inmediate est instituta et data Petro et suis successoribus, cum dixit Petro [1]): »Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam« et »Tibi dabo claves regni celorum« [2]) et iterum cum dixit sibi [3]): »Pasce oves meas« non distinguens inter illas vel illas, ut ostenderet ad oves suas minime pertinere, qui Petrum habere recusat principem et pastorem.

Verum est tamen, quod tempore Silvestri pape papalis dignitas et ecclesia romana fuit exaltata. Ipsa enim ecclesia ante Silvestrum erat parva quantum ad numerum, erat odiosa et despecta propter cultum, erat timori subiecta propter seviciam tyrannorum, erat pauperrima propter violenciam raptorum. Sed facta est mutacio dextere excelsi [4]), dum Christus post tempestatem tranquillum fecit et post lacrimacionem et fletum exultacionem infudit, siquidem parva est multiplicata, despecta exaltata, timida roborata et pauperrima locupletata.

Erat enim ecclesia primo parva quoad numerum et magna quoad meritum, nunc autem nostris temporibus, ubi habundat iniquitas et refriguit caritas, [5]) aucta est quoad numerum, sed angusta quoad meritum. Olym preficiebatur Joseph i. e. homines sapiencia prediti et castitate ac ceteris virtutibus decori, et ideo ecclesia in merito crescebat, Gen. penultimo ubi dicitur [6]): »Filius accrescens Joseph, filius accrescens et decorus aspectu«; modo autem sepe presunt

[1]) Mat. 16, 18. — [2]) Mat. 16, 19. — [3]) Jan 21, 17. — [4]) Ž. 76, 11.
[5]) Mat. 24, 12. — [6]) Gen. 49, 22.

Rubenite, de quo Ruben dicitur ibidem [1]): »Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.«

Secundo erat eciam odiosa et despecta propter cultum, quia unum solum deum colebat et ceterorum ydolorum cultum evacuabat et maxime quia videbatur colere quendam hominem crucifixum, ideo odiebatur et despiciebatur, sed despecta est exaltata tempore Constantini. Nam Constantinus imperator admisit concilia [98^{1b}] celebrari et prelatos invicem congregari, per que heresibus fuit obviatum. Nam Constantinus contra Arrium congregari fecit Nicenum concilium, ubi interfuerunt 318 episcopi, ubi symbolus fidei, qui per ecclesias sollempniter in missis cantatur, editus fuit et error Arrii apertis auctoritatibus confutatus, qui eciam Arrius, ut dicit Ambrosius, in faciem suam cecidit et medius crepuit et nephando ore, quo Christum blasphemaverat, viscera sua evomuit. Tunc eciam christianus factus publice dedit licenciam christianos fieri et ecclesias fabricari (12. q. 1. Futuram) [2]), ipse ecclesiam b. Petri construxit et sedem imperialem successoribus b. Petri reliquit (12. q. 1. Futuram et dist. XCVI Coronam) [3]), ipse pallacium Latranense et romanam urbem et omnium Ytalie et occidencium regionum provincias successoribus b. Petri assignavit (dist. XCVI Constantinus) [4]), ipse maximam reverenciam habuit ad clericos et sacerdotes (XCVI. In scripturis [5]), 12. q. 1. Futuram, XI. q. 1. Constantinus [6]) et cap. Sacerdotes) [7]), ipse dedit privilegium quod sicut romanus imperator est caput mundi, sic et romanus pontifex est caput omnium [98^{2a}] ecclesiarum (dist. XCVI Constantinus).

Vnde ergo status christiani cleri tempore ipsius Constantini imperatoris mutatus fuit de paupertate ad divicias, de tristiciis ad delicias, de contemptu ad honores, de subieccione ad dominaciones, de labore ad requiem, de tribulacione ad pacem, de oppressione ad libertatem. Et omnia ista Silvester ab eo vice ecclesie recepit et uterque bene fecit, et Silvester recipiendo et Constantinus dando, quia videbant recto usu talium divine honorificencie cultum gloriose magnificandum, etsi ex parte contrarium eventurum cognovit ex malicia abutencium, eternam recepturorum suo tempore penam.

[1]) Gen. 49, 4. — [2]) c. 15. — [3]) c. 13. — [4]) c. 14. — [5]) c. 8. [6]) c. 14. d. 96. — [7]) c. 41. XI, 1.

Verumtamen tali mutacioni et exaltacioni ecclesiastici status Silvester resistere non debuit propter excellenciam et dignitatem romane ecclesie et ecclesiastice potestatis. Ipsa enim excellit et excedit omnem aliam potestatem sicut caput quodlibet membrum, sicut aurum plumbum, sicut anima corpus humanum, sicut sol lunarem globum, pater filium, magister discipulum et pastor gregem suum.

9. De Mgro Joanne Hus.

[E cap. XXXII—107^{1b}]. Illud igitur verbum »oportet« positum in quinto dicto doctorum dicit necessitatem vel oportunitatem et ex parte dei et ex parte ecclesie, et cum hoc necessitatem, quam salvator notavit Mat. 18 dicens [1]): »Necesse est, ut veniant scandala, ve autem homini illi, per quem scandalum venit.« Ecclesia siquidem romana pro statu primitive ecclesie Judeorum perfidia vexabatur, principum tyrannide premebatur, hereticorum surrepcione undique oppugnabatur et iam graviter per istum scriptorem et alios suos coapostolos inpugnatur, ad tantum quod auctoritatem pape et collegii cardinalium in toto quantum in eis est annullare laborarunt, cuius argumentum evidens, quia ista puncta sancta et catholica de ecclesia romana et eius potestate nituntur annullare, que tamen esse sancta et catholica tota universitas christianorum, nedum communitas literatorum et sapientum profitetur. Et bene hoc. Certe oportet scripturam adimpleri salvatoris: »Necesse est ut veniant scandala,« oportet enim et necesse est esse potestates sublimiores propter ordinem policie conservandum et propter *obedienciam*, que est virtus magna et deo placens plus quam victima [2]). Est enim impossibile, quod in religione christiana sit quies et rectus ordo, nisi acciones et affecciones subditorum subiciantur voluntatibus prelatorum. Ad quam subieccionem apostolus fideles diligentissime exhortatur dicens: »Omnis

[1]) v. 7. — [2]) I. Král. 15, 22.

anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi a deo, que autem sunt, a deo ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, ordinacioni dei resistit« (ad Rom. 13) [1]. Propter quod in prima religione sc. in celo et in primo claustro sc. paradisi inter deum et angelum, inter deum et hominem per non subieccionem fuit primus error subortus et primum scandalum introductum, et per oppositum rectus ordo [107[2a]] factus est, quando ille qui fuit et est semper equalis patri, se ad tantum subiecit et exinanivit formam servi accipiens [2], in qua non solum serviret, sed ut eum servi [a]) mali vapularent. Hinc est quod apostolus dicit ad Rom. 5 [3]: »Sicut enim per inobedienciam unius peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedienciam iusti constituuntur multi.«

Quo contra presens scriptor [4]) in omnibus operibus suis et sancte romane ecclesie rebellibus predicacionibus non que sunt Jesu predicavit, sed que dissensionem faciunt, pacem communem perturbant, inobedienciam ad prelatos inducunt et que errores sapiunt docere non erubuit, dum septem sacramentis ecclesie, clavibus, officiis, censuris ecclesie, moribus, ritibus, cerimoniis, iuribus, libertatibus et sacris rebus ecclesie, veneracioni reliquiarum et indulgenciis, ordinibus et religionibus in ecclesia latrando contradixit et omnia supradicta inpugnavit, aliter dogmatisando quam de hiis sancta mater sentit et credit romana ecclesia, ymmo tota multitudo christiana; dum eciam auctoritatem pape et ecclesie romane et obedienciam sanctam ad prelatos verbo, scripto, suo exemplo quantum in eo fuit nisus est annullare et suorum contemptuum cumulum et errorum multiplicans predicando, publice colloquendo et scribendo, occulte apostolos suos hincinde mittens nobilibus militaribus, mercatoribus, plebeis mulieribus et deo dicatis virginibus inculcare sollicitus fuit et in hiis discordias inter caros et scandala gravia seminavit, quod semen pessimum ita undique disseminatum non utique in paucis annis

[a]) A: servum.

[1]) v. 1 n. — [2]) Filip. 2, 7. — [3]) v. 19.
[4]) K následujícímu srv. Pálčova *Antihusa* str. 128.

nec humana industria bene poterit suffocari, nisi omnipotens deus specialiter provideat de remedio opportuno.

Revera ve homini illi, per quem nedum scandalum venit, sed innumera scandala venerunt! Si enim est illi ve [107[2b]] iuxta testimonium salvatoris, qui scandalisaverit unum de pusillis, qui in eum credunt [1]), vere gravius ve illi, qui non unum sed innumeram multitudinem, nec unum de pusillis sed multos de maioribus et optimatibus scandalisavit! Tali inquam expedit iuxta sentenciam Jesu Christi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris et eum multo tolerabilior pena inferni cruciaret!

Multo enim graviora sunt hec scandala, quam quod papa et cardinales per suam pompam et avariciam populum scandalisant, cum in primo scandalo populus active in supranominatis est scandalisatus, aliter de predictis quam romana ecclesia et tota christianitas senciendo; in secundo autem scandalo pape et cardinalium non active sed passive scandalisantur, non hec eadem faciendo, sed hec male esse facta non ex caritate temere iudicando, in quibus tamen malis non Petro et apostolis, sed in officio successerunt, in quo eciam mali existentes sunt veri et manifesti vicarii et successores Petri apostoli et aliorum apostolorum Christi.

[E cap. XXXV—123[2a]]. Scribit enim ex vera sentencia Lyre, quod [2]) *si rabim i. e. magistri vel magni* — et exemplificat: *sicut sunt pape et cardinales — preceperint vel docuerint aliquid preter veritatem eciam cum tota curia romana, non est fideli parendum, dum cognoverit veritatem. Nam dicit deus: Ne sequaris turbam ad faciendum malum* etc. Et licet ista verba sint vera, ipse tamen sub ypocrisi tecta pulcris verbis errorem romane ecclesie ascribit et se ab errore excusans, acsi veritatem melius cognovisset, inplicite confitetur, suam per hoc pretendens colorare inobedienciam, quia romane ecclesie sc. pape cum cardinalibus non obedit.

Vnde pro maiori fuco sue inobediencie allegat Danielem, Nicodemum et latronem in cruce pendentem, qui in

[1]) Mat. 18, 6. — [2]) Opp. I, 227[b].

iudicio plurimorum non aquievere, ut a veritate deviarent. Et Nicodemum in suo dicto commendat, sicut in veritate est commendandus, cum dixit pontificibus et phariseis [1]): »Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius, quid fecerit,« innuens se fore iterum in cathalogo istorum et se consimilem [123[2b]] casum habere, in eo quod pape et cardinalium sentencie non aquiescit. Sed dicat: qualis est comparacio Suzanne innocentis ad Huss nocentem, quia multis erroribus implicatum? Qualis est comparacio Huss de heresi accusato, ymo iam pro heretico declarato, ad Christum, qui errare non potuit? Item si cathalogo supra nominatorum vellet annotari, deberet esse innocens cum Susanna vel Christo et illam innocenciam declarare, quia eundem colorem haberet quilibet hereticus protervus et obstinatus sue excusacionis, qui dum condempnatus nollet obedire, diceret cum Daniele, Nicodemo et latrone [quod] nollet plurimorum sentencie consentire, quia scriptum est [2]): »Non sequaris turbam ad faciendum malum nec in iudicio plurimorum aquiesces sentencie nec a vero devies.«

Dicat secundo et exprimat, a quo vero deviasset, si sentencie paparum obtemperasset obediendo, et quod malum per papam et cardinales sibi fuit imperatum, in quo eis sequi recusat, nisi forte prohibicionem predicacionis allegaret, que tamen iuste et sancte facta est, quia dicit Gregorius: »Nunquam propter obedienciam debet malum fieri, aliquando autem debet per obedienciam bonum quod agitur intermitti (et habetur XI. q. 3 Quid ergo mirum)[3]). Utinam obmutuisset et a predicacione siluisset, non a vero deviasset, sed eum obediencia sancta coronasset! Sed qui prohibitus iuste et sancte a predicacione, ut infra loco suo ostendetur, cessare noluit, iam vagus et latitans velit nolit silencio comprimitur et ori suo eructuanti magnalia digitum supponit. [4]) Utinam eciam citatus personaliter in materia fidei coram sede apostolica comparuisset! nunquam ad tanta mala, ad tantam infamiam devenisset!

Commendat Nicodemum, sicut in veritate est commendandus, qui legem in medium produxit, quod nullus condemnetur, nisi prius audiatur. Hic scriptor de erroribus et heresibus coram [124[1a]] sede apostolica est denunciatus et per sedem apostolicam secundum legem istam, antequam condempnaretur, per citacionem personalem vocatus est, ut per se in materia fidei audiretur. Sed ipse hucusque sprevit comparere, papam et cardinales false convicians, quod audienciam habere non potuisset, cum tamen recto ordine citatus personaliter ad sedem apostolicam nunquam venit. Si enim prius debuit audiri iuxta legem per Nicodemum allegatam, antequam fuisset condempnatus, sed audiri non potuit, nisi coram sede apostolica comparuisset: ideo omni racione deifica et humana concurrente debuit comparere. *O benedicte Nicodeme, dedisti vim tantam legi dei, ut secundum eam iudex conformiter iudicaret* — et tamen iste scriptor secundum illam legem, quam commendat, renuit iudicari et omne iudicium superiorum contempnit, vilipendium clavium peragere non erubescens et suos superiores conviciari non formidans.

Scribit enim false de doctoribus duo. Primo, quod [1]) *ipsi volunt, quod scriptura non sit iudex, sed ut ipsis credatur, quicquid ipsi condepnant quod sit condempnandum, et quicquid ipsi approbant, quod sit approbandum. Hoc enim in pretorio quesierunt et pecierunt ad hoc subscripcionem a magistris, qui contradicerent. Sed dissipatum est consilium phariseorum, scribarum et pontificum, quia fideles contradixerunt, nolentes consentire, nisi audierint probacionem ex lege, que omnem implicat credibilem veritatem.* Respondetur, quod iste scriptor est falsarius doctorum, dum hic et in aliis pluribus punctis false allegat verba eorum. Hic enim turpi furto subtrahit illam diccionem exclusivam »solum«, quia verba doctorum fuerunt illa, quod quidam de clero in regno Bohemie, papam et collegium cardinalium parvipendentes, ad hoc consentire non volunt, [124[1b]] solum sacram scripturam in talibus materiis pro iudice habere volentes. [2]) Hoc ergo iuste reprehenderunt in illis, quod solum scripturam sacram, quam vellent trahere ad libitum suum et interpretari coram secularibus, et non in aliquem hominem iudicem ecclesiasticum com-

[1]) Jan 7, 51. — [2]) Ex. 23, 2. — [3]) c. 99. — [4]) Antihus str. 129.

[1]) Opp. I, 228[a]. — [2]) Doc. 476.

petentem volunt consentire, sicut usque hodie docet experiencia, quia nec pape nec sui dyocesani et eorum officialibus [a]) volunt se submittere sentencie et diffinicioni, sicut supra est declaratum.

Et si tunc ex ordinacione consilium sanctum pro condempnacione articulorum XLV fuit dissipatum, ubi illi condempnacioni dudum facte per tres famosas communitates et tunc replicate pauci contradixerunt, quos doctores [ad] id denunccciandum scire voluerunt et ideo interscripcionem eorum petiverunt, iam consilium in Constancia maioris auctoritatis et vigoris celebrabitur — ibi vadant et condempnacioni Vicleff tamquam heretici pestiferi et XLV articulorum contradicant et illam condempnacionem impetant tamquam falsam! Quod si ibidem non venerint, manifeste convincentur de erroribus et falsa et iniqua impeticione, quam faciunt de facto et innitentes brachio seculari, nolentes habere aliquem iudicem ecclesiasticum competentem in terris. Sed tunc spero per ecclesiam errores illi XLV una cum Vicleff eorum apostolo dampnabuntur ex auctoritate, et persuasiones eorum pro illis erroribus, qui nunc ut rami virides apud quosdam approbantur, rami aridi et combustione digni apparebunt.

Secundo inpingit doctoribus ibidem dicens [1]): *Congregacionem turbe in pretorio, ut quos non possunt scriptura vel racione vincere, opprimerent terrore. Pontifices, scribe et pharisei non audebant introire in pretorium accusantes Jesum, ut non contaminarentur, isti autem letanter congregatis scribis, phariseis et senioribus introierunt* [124[2a]] *et unus ex illis, qui Palecz dicitur, omnibus audientibus legit: Si difficile etc. Et infra: Qui autem superbierit nolens obedire decreto iudicis, morietur homo ille. Iste non timuit irregularitatem incidere; si fuisset cum Judeis in accusacione Christi, forte dixisset: San-*

[a]) Tak, místo: officialium.

[1]) Opp. I, 227[b].

guis eius super nos et super filios nostros, quia nos legem habemus et secundum legem debet mori.

Respondetur, quod hic scriptor falsum iterum inpingit doctoribus, ut consuevit, in hoc hereticos imitando. Nam secundum b. Gregorium lib. XII. Mor. cap. XV. [1]) »cum mala vera heretici contra bonos non inveniunt, fingunt que redarguant, ut iusti esse videantur, et sic plerumque ut ad aperta contumeliarum verba perveniant.« Hoc sepissime expertum est in isto scriptore. Ecce enim congregacionem turbe false ascribere non veretur, cum notorium sit et luce clarius pateat, quod doctores colligacionem nunquam quesierunt, sed ipsi se per iuramenta et instrumenta in Bethlehem reclusi et in aliis locis ad defensam mutuam constrinxerunt. Quod cottidiana docet experiencia. Cum enim contra eos predicatur vel per superiores attemptatur, statim sicut scrophe ad clamorem unius cum insultu pro unius tuicione et liberacione congregantur. Et non sine causa, nam secundum b. Gregorium lib. 33. cap. 4 [2]): »Quos similis reatus sociat, concordat [a]) pertinacia, eciam defensio constipat, ut de facinoribus suis alterna se invicem defensione tueantur. Sibi enim quisque metuit, dum ammoneri vel corrigi alterum cernit — et idcirco contra corripientem verbo unanimiter assurgunt, quia se in altero protegunt« et sibi invicem adherentes et se tuentes nequaquam separantur, sed cum insultu et inportune absque rubore et reverencia se tuentur et defendunt. Et hec unitas et colligacio est maledicta. Nam dicit Gregorius ibi [3]): »Sicut esse noxium solet, si unitas desit [124[2b]] bonis, ita perniciosum est, si non desit malis. Perversos enim unitas corroborat, dum concordat, et tanto magis incorrigibiles quanto unanimes facit. Qui enim divisi corrigi poterant, iniquitatum suarum pertinacia uniti tanto magis cottidie a cogitacione iusticie separabiliores sunt, quanto ad se invicem nulla increpacione separantur. De hac unitate reproborum per Salomonem dicitur:

[a]) Psáno: concorditer; *Migne:* concordi.

[1]) *Migne* P. L. 75 col. 1000. — [2]) *Migne* P. L. 76 col. 708.
[3]) ibid. col. 708 n.

Stuppa collecta sinagoga reproborum, quia [eo] ad defensionem suam vicissim constricti sunt, quo se sibi per omnia similes esse meminerunt.« Hec Gregorius.

Idcirco spirituales et seculares, prelati et domini, deberent illam conspiracionem et maledictam colligacionem suffocare. Ecce ex illa liga percuciunt, infamant, inclamant et faciunt quicquid volunt, nulla obediencia et reverencia conservata, dum contra eos aliquid attemptatur, quia teste b. Gregorio ubi supra [1]): »Reproborum quippe unitas viam bonorum tanto durius prepedit, quanto se ei per colleccionem durior opponit. Hanc unitatem perniciosam sibi Paulus conspexerat, cum in medio Saduceorum phariseorumque comprehensus aiebat: de spe et resurreccione mortuorum ego iudicor (Act. 23), qua nimirum voce percussa protinus contra se vicissim audiencium turba dissolvitur, cumque in duas partes tumultuancium multitudo divideretur, Paulo via erepcionis aperitur, quia quam turba unita constrinxerat, divisa laxabat. Eripiuntur enim iusti, dum dividuntur iniusti.« Hec Gregorius.

Vnde ergo ad extirpandum errores in regno et disturbia primus modus sicut fundamentalis est discerpere [a]) illam unitatem. Tunc enim superiorum vota ad profectum perveniunt, quando agmina reproborum per discordiam confunduntur. Si malorum unitas noxia non esset, nequaquam divina providencia superbiencium linguas in tanta diversitate dissipasset, [125[1a]] sicut scribitur Gen. XI [2]); si unitas malorum noxia non fuisset, de sancte ecclesie hostibus per prophetam non diceretur [3]): »Precipita domine et divide linguas eorum.« Qui coniuncti ita obdurantur mali, ne ab ore predicancium vel corrigencium aliquo spiraculo vite penetrentur, ut ab erroribus resilirent.

Non ergo doctores illam unitatem [quesiverunt], sed Vicleffiste qui sibi populum et potentes huius seculi attraxerunt, ut errores libere predicarent et inpuniti remanerent. Dicit enim b. Gregorius lib. XVIII. Mor. cap. 17 quia »sepe heretici in contemptum universalis ecclesie potentum seculi patrociniis fulciuntur eisque divites proteccione atque amministracione quanta prevalent opitulari non cessant« [1]). Hoc istis temporibus heu docet experiencia, quomodo potentes seculi Vicleffistas promovent, protegunt et tuentur, quia per suorum errorum astuciam huius mundi potentes rapuerunt, qui suis iniquis accusacionibus, terroribus, spoliis et violenciis clerum sancte suis obedientem prelatis ex omni parte gravare non verentur.

[a]) A: discernere.

[1]) ibid. col. 722. — [2]) v. 7. — [3]) Ž. 54, 10.

Doctores autem quod pretorium introierunt, fecerunt ad mandatum domini archiepiscopi et serenissimi principis domini regis, nec ipsi illam congregacionem ordinaverunt, ut presens scriptor false asserit, sicut de hoc docere possent, si foret opportunum. Et si in illam congregacionem consensissent, non essent culpandi, quia sancta fuit congregacio et virtuosa, cum in ea mandata sancta et iusta domini regis pronuncciata sunt et articuli XLV auctoritate eiusdem regis de novo sunt prohibiti sub magnis penis propter incussionem terroris, ut illos articulos tenere et dogmatisare quispiam non auderet. Quidam tamen non fideles in hoc facto, sed pestiferi, huic condempnacioni tunc et prius dudum facte contradixerunt et hodie contradicunt in suum scandalum et regni.

Quod autem Palecz auctoritatem domini Deut. XVII scriptam »Si difficile« etc. ibidem legit adiuncta [125[1b]] cauda illa, que penam insinuat rebellantis, non incurrit nec timuit irregularitatem incurrere, quia non ferendo sentenciam sed pro confirmacione suorum dictorum, sc. quod ad papam et cardinales in dubiis et difficilibus in universa materia catholica et ecclesiastica est recurrendum, et illam et plures auctoritates allegavit. Si enim Huss vel alius catho-

[1]) *Migne* P. L. 76 col. 51.

licus predicator illam auctoritatem in ambone pronunccians illam irregularitatem non incurrit, nec Palecz in ipsam incidit, quamvis in pretorio eam legerit, cum eandem intencionem ibi habuerit in pronuncciando, qualem habuisset eam predicando. Si autem tu male interpretaris, intromittens te de iudicio dei temerarie, non adverto; nam dicit b. Gregorius lib. XXV. Mor. cap. 14[1]): »Quid obest, si a rectitudine veritatis humano iudicio verba nostra superficietenus discordant, quando in cordis cardine ei compaginata concordant? Humane aures verba nostra talia iudicant, qualiter foris sonant, divina vero iudicia talia ea audiunt, qualia corde proferuntur; apud homines cor ex verbis, apud deum vero verba pensantur ex corde.« Hec Gregorius.

Item in eodem scripto supra D[2]) inproperat doctoribus iterum false, cur illam scripturam Deut. 17 non teneant, inquirendo quia scolaribus eius secte de bulla pape querentibus et ad questiones sex vel octo burdosas per eos factas in convocacione universitatis respondere noluerunt.

Respondetur, quod illa scriptura doctores non concernit, sed concernit supremum iudicem sc. papam cum sacerdotibus levitici generis, ubi in ambiguis et difficilibus recursus debet fieri. Et ergo inpertinenter invehit contra doctores, nam licet doctores in omni materia catholica et ecclesiastica possunt iudicare iudicii veritatem et docere secundum legem dei [125 2a] informative, non autem auctoritative et diffinitive, quia hoc est solius ecclesie romane, ut patet de baptismo et eius effectu cap. Maiores[3]) et in canone dist. XVII. cap. Huic sedi[4]), III. q. VI. Dudum[5]) et 9. q. III Aliorum[6]). Et illo modo secundo iudicare veritatem de questionibus scolares sui romane ecclesie contrarii et rebelles a doctoribus postularunt, non informacionem sed occasionem querentes, ut possint contra bullas pape licencius et coloracius oblatrare, auctoritatem et diffinicionem doctorum allegando, si aliquid contra bullas pape per doctores fuisset diffinitum. Sed cum hoc non erat officii doctorum, merito doctores hoc facere denegarunt.

1) *Migne* P. L. 76 col. 357. — 2) Opp. I, 227b.
3) cap. 3. X III, 42. — 4) c. 7. — 5) c. 9. — 6) c. 14.

Et quod illa eorum fuit intencio, arguitur ex fructibus i. e. operibus sequentibus; nam ex post facto non habita responsione doctorum sui coapostoli, magistri et predicatores sui adherentes, scolares et laici, [contra] bullas pape publice oblatrarunt, ipsas mendosas et iniquas appellantes, copiasque bulle in ecclesiis affixas cum cistulis, ad quas fideles subsidium reponere debuerunt, cum pice et cum stercoribus maculando in vilipendium sedis apostolice et auctoritatis eius et literarum. Illius malicie stulte doctores fieri participes horruerunt et non literam regis, quam legati habuerunt in subsidium, dum bullas pape ad fatuam requisicionem iudicare et interpretari racionabiliter recusarunt.

Eciam per illam convocacionem, quam secte sue discipuli et sancte romane ecclesie antichristi fieri subordinaverunt, doctores sicut oculati involucionem periculosam perceperunt. Pretendebant enim ipsi convocatores[a]) bullam pape non reverenter pertractare, sed oppositum bulle diffinire et sic involvere doctores et universitatem, ut sic involutos ad inobedienciam sedis apostolice et romane ecclesie ipsos inducerent capciose et consequenter laicos ad id facilius inclinarent. Ad hoc enim exquisite laborabant, dum eis pros [125 2b] peritate presentis temporis aliqualiter arridente quosdam ad se violenter trahere temptaverunt, quosdam suis dolosis persuasionibus et multiplicibus cautelis allexerunt, ut per multitudinem colorarent maliciam et ipsa inpunita remaneret, dum multitudini parcerent. Et hoc doctores previdentes fatuis quesitis et capciosis et non propter literam regis respondere denegarunt, nedum in publico, sed animo deliberato in sua convocacione secrete celebrata hoc faciendum decreverunt, et ergo non aliud senserunt in angulis, ut eis hoc false ascribere non veretur.

a) Rkp.: doctores.

Et presertim Palecz et Briccium ex nominibus confundere niteris, si valeres, dum scribis Palecz tibi dixisse, quod articuli, qui erant per legatos presentati ad promovendum pape factum, manifestos continerent errores manu palpabiles; et de mgro Briccio scribis te audivisse, quod dixerit se velle pocius mori quam eosdem articulos populo intimare. Magnam in hoc fatuitatem ostendis. Postquam illa parvula in publicum deducere non erubescis, quodsi magnalia scires, omnino de illis personis vel aliis doctoribus non taceres, sed scripto tuo ad futurorum perpetuam memoriam commendares, quia scriptum est: »Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est et qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est« (Luc. XVI)[1]. Ex ista enim non probabilium occultorum prolacione te ipsum nimis dehonestas, quia denudare secreta non est sapientis iuxta illud Prov. XI[2]): »Qui ambulat fraudulenter, revelat archana, qui autem fidelis est, celat amici sui commissum« et iterum: »Denudare amici misteria desperacio anime infelicis est« (Eccli. XXVII)[3]). Ex causa enim ista, quia secretorum ad confundendum es revelator, te ipsum convincis, ut quilibet probus a tua caveat societate. An ignoras, [126[1a]] quod tibi multa gravia et scandalosa vere obici possent, que in collacionibus vespertinis et conviviis publice practicasti, et tunc incaute loquens multos studentes et laicos scandalizasti? Sed absit, quod illa in lucem prodeant, que in societate et amicicia sunt pertractata! Sufficiunt enim tua scripta patula et in magna parte, ut error illorum scriptura et racionibus convincatur. Contra enim talia invehere, que manifestum continent errorem, non malicie est sed caritatis, non odii sed iusticie, ut legentes scripta illa non inficiantur per errores.

Sed ut ad convicia tua redeam, ne in illis eciam parvulis victor videaris, respondeo[4]) confitendo me tibi illos articulos presentasse et dixisse esse in illis articulis errores manu palpabiles, ex eo quod illi articuli venacionem continerent pecuniarum et quod legati vel questores illos articulos confingentes rethe ad venandum pecunias extenderunt, et hoc adhuc hodie fateor. Sed illi articuli in bulla pape non continebantur nec extrahi poterant implicite vel expresse, quamquam questores ipsos ad promulgandum populo presentassent, quos eciam articulos in mea ecclesia publicare non permisi, licet admiserim subdelegatos pape iuxta bullam de ereccione crucis a fidelibus subsidium racionabiliter postulare, necessitate pape et ecclesie romane contra inimicum ecclesie populo declarata. Vnde ergo illum abusum circa illas indulgencias sum execratus et hodie essem paratus ex animo cooperari et consulere, ut mendacia et deordinaciones per questores ecclesiarum et monachos mendicantes de medio tollerentur. Sed propter illum abusum summum pontificem et eius bullas non debuisti blasphemare, sicut fecisti convocaciones subordinando, ad vulgus predicando et in scolis prohibitis in determinacionibus cum sollempnitate contra bullam pape tua auctoritate [126[1b]] diffiniendo et tuos discipulos, studentes et laicos per te et tuos coapostolos ad reclamandum et deridendum bullas pape incitando; ad quod eciam doctores et universitatem totam attemptasti implicare, sed non valuisti, et ab illa hora in tua malicia cognitus non profecisti, licet plures, quos ante ceperas, adhuc habeas irretitos.

Sed de magistro Briccio, quamvis me non tangat factum, tamen caritas, eius probitas et sollicitudo circa verbum dei, per quod errores inpugnat animose et fidem promovet christianam, me contingit pro ipso advocare. Fateor enim eum talia verba dixisse in mensa collegii me presente et aliis pluribus collegiatis et quod tunc dixit, in facto ostendit, quia eosdem articulos venacionis nec pronuncciavit nec voluit pronunciare, sicut de hoc plebanus s. Galli cum suis sociis requiratur. Si ergo ab hiis tacuisses, philosophus fuisses, cum

[1]) v. 10. — [2]) v. 13. — [3]) v. 24.

[4]) Srv. k následujícímu Pálčova *Antihusa* str. 147.

per omnia ista allegata inprudenter non probas, quod in aliquo bullis pape fuisset derogatum, sicut tu derogasti. Ideo non alios, sed te ipsum confudisti iuxta illud Senece epistola LXXIII: »Multi cum maledicunt aliis, sibi ipsis convicium faciunt.«

Item ibidem in illo contextu scribis ex dictis Lire eliciens, quod lex dei est mensura, iuxta quam et non aliter debent singuli iudices presertim ecclesiastici iudicare. Ista proposicio habet duos sensus: unum catholicum et alium erroneum et venenosum, de qua materia satis diffuse scripsi in tractatu Antihuss dicto cap. VIII. G [1]) et ergo de illo scribere hic pretermitto.

10. De obedientia et libertate praedicandi.

[E cap. XLII—148 [1a]]. Vnde si per prelatum preciperetur purum malum vel prohiberetur purum bonum, non est ei obediendum, tum quia ibi preceptum dei iustum, sanctum et verum contempneretur et iniquo falso precepto obediretur et sic preceptum dei, quod est iustissimo iure aliquid, contempneretur et precepto eodem iure penitus nullo obediretur, sed hoc est inconveniens quoad partem utramque. Tum eciam, sicut sciunt methaphisici,[a]) [quia] ibi prelatus non precipit quicquam, sed in toto nichil, cum et preceptum de obmissione puri boni et preceptum de faccione puri mali non sit de aliquo, sed de nichilo criminoso.

Ubi vero prelatus quicquam precipit, obediendum est. Sic enim dicit Salvator [2]): »Omnia quecunque super cathedram Moysi sedentes scribe et pharizei dixerint, servate et facite.« Semper autem prelatus quicquam precipit media precipiendo [148 [1b]] vel prohibendo, que pro modo, loco, tempore et persona bona possunt esse et mala. Tunc enim semper prelatus prohibet,[b]) quod licitum est inferiori dimittere, vel precipit, quod licitum [est] inferiori exequi, et per consequens aut prohibet consonum, quod secundum illam legem dei debet obmittere, aut precipit, quod secundum illam legem debet exequi. Et ubi in-

[a]) Rkp.: methaphorici. — [b]) Rkp.: precipit.

[1]) Mého vyd. str. 105 nn. — [2]) Mat. 23, 2 n.

feriores in talibus obedientes faciunt, quod prelati precipiunt, preceptum implent Jesu Christi teste b. Bernardo de preceptis et dispensacione et in regula s. Benedicti sic inquiente [1]), quod »obediencia que maioribus debetur, deo exhibetur. Quamobrem quicquid vice dei precipit homo, quod non sit certum deo displicere, secus non est accipiendum quam si deus precipiat. Quid enim interest, utrum per se aut suos ministros sive homines sive angelos hominibus innotescat suum beneplacitum? Nec dicatur, quod loquitur de hiis, que tradidit scriptura vel racio manifesta, quia de hiis non est preceptor expectandus nec prohibitor auscultandus, sed quod ita latere vel occultum esse cognoscitur, ut in dubium venire possit, utrum deus sic vel aliter forte velit.« Hec Bernardus.

Et hec sentencia b. Bernardi iterum fundatur super verbo salvatoris Luc. X [2]): »Qui vos audit, me audit et qui vos spernit, me spernit.« In talibus enim mediis inferiores prelatis obedientes obediunt deo et domino Jesu Christo, quia in illis et per illos hoc precipit; et ab opposito ubi in talibus mediis inferiores inobedienter [non] faciunt, que prelati precipiunt, inobediunt domino Jesu Christo.

Cum autem mandatum dive memorie Alexandri V., ne per aliquos predicaciones aut sermones ad populum fiant, nisi in cathedralibus, collegiatis, parochialibus aut monasteriorum ecclesiis sive eorum cimiteriis, non sit certum deo displicere, cum illud mandatum non sit per se [148 [2a]] et pure malum nec per se et pure bonum sed medium, cum possit bene et male fieri: ideo Huss eidem non resistere debuit, sed pocius obedire. Ad audienciam enim domini pape pervenit testimonio fide digno, quomodo nonnulli errores in capella Bethlehem sunt seminati, qui inter sollicitudines suas hanc debet habere precipuam, ut errores et hereses non permittat crescere, dum eas agnoscat pululasse, sed quantocius easdem studeat extirpare beato Augustino attestante: »Pastoris necessitas habet, ne per populos serpant dira contagia, separare ab ovibus sanis morbidam, ab

[1]) *Migne* P. L. 182 col. 873. — [2]) v. 16.

ipso, cui nichil est impossibile, ipsa forte separacione medendam (et habetur 24. q. III. Corrigantur).[1])

Illo zelo fidei motus noluit ex nomine Bethlehem singulariter interdicto supponere, ne persone, que ibi sermonem audiverunt, confunderentur et scisma fieret in populo et discidium, dum Bethlehem non visitantes ipsis heresim obicerent visitantibus, sed super hoc provida paternitate et paterna provisione cupiens providere, loca privata capellarum predicacionis ad tempus supposuit interdicto, ut et officio suo satisfaceret et nidum errorum Vicleff capellam Bethlehem absque confusione destrueret personarum. Vere sanctum, iustum et racionabile fuit mandatum, omnino placens deo, cum per ipsum honor dei, profectus ecclesie et salus populi querebatur. Error enim, cui non resistitur, approbatur et veritas cum minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis perturbare perversos, nichil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare, ut habetur dist. LXXXIII. Error[2]). Hinc est quod dicit b. Bernardus super Cantica[3]): »Maiora crimina et tarde credenda sunt, cum audiuntúr et cicius punienda, cum [148[2b]] veraciter agnoscuntur.«

Ideo merito a Huss istud mandatum sanctum, iustum et racionabile erat acceptandum. Male ergo confidens in domino Jesu Christo hoc mandatum pertinaciter refutavit, de qua refutacione ipsemet sic scribit cap. XVIII. K[4]): *Vnde confidens in domino Jesu Christo, qui potenter et sapienter sue veritatis professores protegit et premio remunerat glorie sempiterne, bulle pape Allexandri V. restiti, quam de anno domini MCCCCIX dominus Sbinco Pragensis archiepiscopus acquisivit, in qua mandat, ne per aliquos, eciamsi sint super hoc apostolico vel alio quovis indulto muniti, predicaciones vel sermones ad populum fiant, nisi in cathedralibus, collegiatis, parochialibus aut monasteriorum ecclesiis sive earum cimiteriis.* Hec Huss.

[1]) c. 17. Corripiantur. — [2]) c. 3. — [3]) *Migne* P. L. 183 nenalézám.
[4]) Opp. I, 235[b].

Sed vere vana et stulta est hec confidencia et spes in domino Jesu Christo, qua a te virtutem obediencie repellis! Vide, quantum inobediencia et recalcitracio est dampnabilis christiano et iuxta scripturas sanctas nullis umquam ex se ipsa expiabilis sacrificiis, vere digna demergi in profundum! Attende ruinam angeli Luciferi, primorumque nostrorum parentum levissimi mandati prevaricacionem[1]), in filiis Noe paternam collusionem[2]), in lepra Marie sororis Moysi arrogantem contradiccionem[3]), in illius Ose, qui contra ritum cerimonialis legis edicti etsi bona intencione archam domini, ne everteretur bobus calcitrantibus, manu tetigit, mortis subitanee inflicciónem[4])! Reduc ad memoriam Dathan et Abyron dampnabilem contumaciam: vocatis enim eisdem per Moysen, ut venirent, quibus non vox hominis sed vox dei per homines insonuit, ut venirent, at illi non [149[1a]] homine sed deo contempto in homine prelatorum principe, prophane sue iustificacionis fingentes sibi ad non[a]) obediendum causas quasi legittimas[b]), non solum rebelles sed eciam tanto suo prelato contumeliam irrogantes superbissima latrabant et relatrabant cervice dicentes: »Non venimus! Numquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, que lacte et melle manabat, ut occideres in deserto, ubi dominatus fueris nostri? Revera induxisti nos in terram, que fluit ruinis lactis et mellis et dedisti nobis possessiones agrorum et vinearum — an et oculos nostros vis eruere? Non venimus!«[5])

Cave ergo, magister, ex illa stulta spe et diligenter prospice, ne forte et tu cum societatis tue collegio obediencie sancte rebellibus corruas insperate, presertim cum cause quas fingis tue inobediencie non habent fundamentum.

Arguis enim ubi supra sic[6]): *Istud mandatum factis et verbis Christi et suorum apostolorum contrarium non est apostolicum, cum Christus in mari, in deserto, in campestri loco, in domibus, in synagogis, in vicis, in plateis predicavit ad populum, precepitque discipulis suis dicens Marc. ult.: Euntes in*

[a]) Rkp.: a domino. — [b]) Rkp.: non legittimas.

[1]) Gen. 3. — [2]) Gen. 9, 21 nn. — [3]) Num. 12, 1 nn.
[4]) II. Král. 6, 7 n. — [5]) Num. 16, 1 nn.; 12—14. — [6]) Opp. I, 235[b].

mundum universum predicate ewangelium omni creature. Illi autem profecti predicaverunt ubique, i. e. ubicunque voluit audire populus, domino cooperante. Hec Huss.

O insensate, ymmo verius cecate, cur scripturam ad propositum non legisti? Nonne supremus papa dominus noster Jesus Christus in certis locis ad tempus predicacionis posuit interdictum, dicens et precipiens Mat. X [1]): »In viam gencium ne abieritis, in civitates Samaritanorum ne intraveritis« sc. ad predicandum. Et iterum illi duo preclari predicatores Paulus et Barnabas vetiti sunt a spiritu s. loqui verbum in Asia [149 [1b]] et cum temptabant ire Bithiniam, non permisit eos spiritus Jesu (Act. XVI) [2]). Quod interdictum postea relaxavit, cum dixit eis Marc. ult. [3]): »Euntes in mundum universum predicate ewangelium omni creature.« Hoc dixit Christus non preceptive, et si preceptive, non tantum preceptive, ut tu asseris, sed relaxative. Interdixerat enim prius apostolis, ne ubilibet predicarent dicens: »In viam gencium ne abieritis« etc., interdixerat eciam ad tempus, ne singulis predicarent sed solis filiis Israel, subiungens et precipiens [4]): »Sed pocius ite ad oves que perierunt domus Israel« — propter quod Paulus et Barnabas dixerunt ad Judeos [5]): »Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis vite eterne, ecce convertimur ad gentes; sic enim precepit nobis dominus« (Act. 14) — precepit inquam relaxando quoad locum, cum dixit: »Euntes in mundum universum« et sic in viam gencium et civitates Samaritanorum eos ire permisit, precepit denique interdictum oris relaxando quoad populum, cum subiungit: »Predicate ewangelium omni creature« i. e. singulis hominibus, quia huiusmodi nomine omnis creature omnis homo et solus homo designatur, ut exponunt sancti doctores. Sicut ergo contra interdictum facta Christi et verba allegasti, sic eciam pro interdicto licite fiendo habes scripturam sacram, facta Christi et apostolorum, et per consequens ex scriptura et factis Christi et apostolorum convincitur evidenter, quod liceat certa loca et personas quoad predicacionis exercicium ecclesiastico subponere interdicto.

[1]) v. 5. — [2]) v. 6. — [3]) Mar. 16, 15. — [4]) Mat. 10, 6.
[5]) Sk. ap. 13, 46 n.

Cum autem facta Christi allegas, qui predicavit in locis indifferenter, non omnia facta Christi sunt ab omnibus in consequens trahenda, sed ex causa, loco et tempore et persona interpretanda. [149 [2a]] Scimus enim, quod Christus virginitatem servavit in facto et verbo eam maxime commendavit et nunquam mulierem in matrimonio cognovit, non tamen ex hoc matrimonium esse arguitur illicitum. Similiter Christus fuit pauper in facto, non habens nedum possessiones temporales sed eciam casam [a]), ubi caput reclinaret (Mat. 9) [1]), non tamen ex hoc arguitur illicitum [b]) nedum secularibus sed spiritualibus habere possessiones temporales et presertim decimas et domos ad inhabitandum, cum hoc eis liceat ex iure divino, ut supra cap. [XXXIII] est deductum. Item quod Christus post cenam celebravit et suos apostolos communicavit, non est a nobis sic faciendum, quia tunc suberat necessitas et causa sic faciendi, nos autem de mane ieiuni celebrantes et alios fideles communicantes non in hoc contrariamur Christi factis. In scripturis etenim locus, tempus, persona sunt consideranda. Qui enim in exposicione scripture hec non attendit [c]), in erroris cadit de facili laberintum, ut dicit Ysidorus: »Sciendum quod pleraque capitula ex causa, persona, ex loco et tempore consideranda sunt, quorum modi quia medullitus non indagantur, in erroris laberintum nonnulli intricando inpinguntur (et habetur dist. 29).[2])

Vnde ergo etsi Christus in locis per adversarium nominatis predicavit, papa tamen considerata causa et persona potest racionabiliter non in hoc Christo contrarius loca et personas a predicacione suspendere ad tempus vel in toto, qualiter iam fecit in hoc casu capellas subiciens predicacionis interdicto. Causam inquam consideravit, quia in capella Bethlehem percepit errores seminari et quia in locis privatis errores liberius seminantur et ne fieret discidium in populo ex unius loci prohibicione singulari, ut supra dictum est, [149 [2b]] in capellis generaliter prohibuit facere predicaciones,

a) Rkp.: gazam. — b) Rkp.: illicita. — c) Rkp.: attendunt.

[1]) Mat. 8, 20; Luk. 9, 58. — [2]) c. 1.

non per hoc intendens verbo dei et saluti populi derogare, sed ut occasio conventiculi et satanice scole illius impii Wykleff de medio tolleretur. Consideravit eciam postea et personam multipliciter de erroribus accusatam testimonio fide digno, propter quod licite illa loca et conventicula angularia a predicacione suspendit, et specialiter Huss ex nomine propter suam pertinaciam induratam, quia citatus in materia fidei non vult contemptibiliter comparere, quem ex hoc a missacione prohibuit racionabiliter et predicacione.

Alias quilibet hereticorum vel suspectus de heresi se consimili modo tueretur seu argucia, sic dicens contra mandatum apostolicum de non predicando, quia Christus precepit suis discipulis predicare dicens: »Euntes in mundum universum« etc. et quia Christus predicavit absque licencia pape, episcopi loci vel plebani in mari, in deserto, in campestribus et sic de aliis, quod sic liceret cuilibet predicatori predicare, quod est error Vicleff condempnatus inter articulos XLV.

Non solum ergo licet pape, sed et debet suspectum de heresi vel denuncciatum a predicacione suspendere, ne veneno suorum errorum vel heresum animas inficiat Christi sanguine redemptas. Sic etenim [1]) Christus increpans demonia non sinebat ea loqui (Luc. 4) [2]), ubi Beda assignat racionem [3]): »Ne quis dum predicantem audit, sequatur errantem. Improbus enim magister est dyabolus, qui falsa sepe veris permiscet, ut specie veritatis testimonium fraudis obtegat.« Ad idem Innocencius III super illo verbo ponens tres causas facti Christi supradicti et istam inter alias ponit [4]): »ut doceret nos pravitatem hereticam vitare, quatenus hoc exemplo inhibeamus hereticis, ne predicent eciam veritatem, [150[1a]] quia fel draconum propinant in aureo calice Babilonis.« Hec Innocencius. Vnde conformiter dicit Gregorius lib. XVIII. Mor. cap. XXVII [5]): »Heretici, ut facile valeant perversa persuadere, dictis suis que-

[1]) Stejně v Antihusovi str. 130. — [2]) v. 41. — [3]) *Migne* P. L. 92 col. 381.
[4]) *Migne* P. L. 217 col. 390. — [5]) *Migne* P. L. 76 col. 51.

dam recta inmiscent, ut animas audiencium et rectis sensibus trahant et perversis feriant.« Ex hiis namque causis suspectus de heresi a predicacione racionabiliter prohibetur.

Item secundam causam fingis tue inobediencie contra mandatum apostolicum sic arguendo: *Est eciam hoc mandatum in detrimentum ecclesie in alligando verbum dei, ne currat libere.* Hec Huss.

Sed numquid debet esse hec libertas verbi dei, ut quilibet ut placet et quando vel sicut placet predicaret? Hec etenim libertas disturbaret et confunderet totum ecclesiasticum ordinem super terram, cum sicut cuicunque sacerdoti in quocunque loco coram singulis, quibus posset in sermone communicare, liceret predicare verbum dei: ita consimili racione liceret cuicunque sacerdoti in quacunque dyocesi et in quacunque parochia audire confessiones et alia porrigere sacramenta. Sic eciam non missi, ymmo a sede apostolica vel episcopo prohibiti ex eadem causa haberent licenciam predicandi, quod utique in magnum ecclesie vergeret detrimentum, cum et errores libere seminarentur et fieret magna confusio et disturbium in regno spirituali, quolibet et quandolibet, ubilibet et coram quibuslibet predicante. Et revera maior incomparabiliter fieret confusio quam quod quilibet quemlibet agrum corporalem in quocunque regno et in quocunque territorio quando placeret araret et seminaret. Non talem libertatem intendebat apostolus concedere verbo dei, cum dicit II. ad Thim. 2 [1]): »Verbum dei non est alligatum,« sed secundum [150[1b]] b. Gregorium lib. 31. cap. 39. super verbo ‚Vibrabitur hasta et clipeus' [2]): »Sic verbum dei non est alligatum, quia predicatores sancti, cum pro defensione fidei supplicia subeunt, ad eandem fidem quos valent rapere eciam inter verbera non desistunt, unde apostolus: In quo sc. ewangelio laboro usque ad vincula quasi male operans, sed verbum dei non est alligatum. Acsi diceret: Hasta quidem suppliciorum ferior, sed tamen verborum sagittas emittere non desisto, vulnera crudelitatis accipio, sed cor infidelium verba loquendo transfigo. Ideo cum sancti pacienter vulnera suscipiunt, prudenter contra infidelium verbera sagittas predicacionis reddunt.

[1]) v. 9. — [2]) *Migne* P. L. 76 col. 609.

Vnde nonnunquam agitur, ut ipsi qui in persecucione seviunt, non tam doleant quod cor predicatoris non emoliunt, quam quod per eius verba eciam alios amittunt.« Hec Gregorius ubi supra.

Si ergo non missi vel infames de heresi a predicacione suspenduntur, non ex hoc verbum dei est alligatum, quia illis cessantibus adhuc sunt predicatores catholici innumeri, per quos verbum dei predicatur. Nec talis prohibicio fit in contemptum vel alligacionem verbi dei, sed ut seminancium errores tolleretur predicacio, quorum sermo ut cancer serpit [1]) in perniciem tam propriam quam alienam. Conveniebat ergo omni concurrente racione, deifica et humana, etsi bona predicacio boni, ad tempus ex obediencie virtute eciam a bono abstinere et quiescere iuxta illud Gregorii lib. 35. Mor. cap. XLI: »Sciendum vero, quod nunquam propter obedienciam malum debet fieri, aliquando autem per obedienciam bonum quod agitur debet intermitti. Neque enim in paradiso mala arbor extitit, quam deus homini ne contingeret interdixit, sed ut melius per obediencie meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuit, ut hunc eciam a bono prohiberet, quatinus tanto verius hoc [150[1a]] quod ageret virtus esset, quanto et a bono cessans auctori suo se subditum et humilem exhiberet« (et habetur XI. q. III. Quid mirum). [2]) Hinc eciam dicit Augustinus super Psalterio [3]): »Non potuit deus perfeccius demonstrare, quantum sit bonum obediencie, nisi cum prohibuit ab ea re abstinere, que non erat mala. Sola ibi obediencia tenet palmam, sola ibi inobediencia meruit penam.« Hec Augustinus.

Ex quibus collige, quantum conveniebat te debuisse fieri humilem quantumque reverenter tuis prelatis et pastoribus obedientem, a quibus vetatus primum ab uno bono, quia a predicacione unius capelle, nequaquam autem tunc fuisti prohibitus in civitate Pragensi sive extra ubilibet in locis aptis predicare. [4]) At tu cathedram pestilencie [5])

[1]) II. Tim. 2, 17. — [2]) c. 99. — [3]) *Migne* P. L. 36 col. 897.
[4]) Srv. Pálčova Antihusa str. 130. — [5]) Ž. 1, 1.

capelle Bethlehem ex superbia nolens deserere, mandatis tuorum prelatorum racionabilibus rebellasti et usque hodie rebellas, iustificans te in tuis adinvencionibus et asserens ex illis, quod nequaquam summus pontifex te a bono predicacionis debuit prohibere. Sed qui prohibitus a tuis superioribus iuste et racionabiliter cessare noluisti, iam vagus et latitans velis nolis silencio comprimeris et ori tuo eructuanti magnalia in illa sede pestilencie digitum [apponis].

Et amotis duabus causis supradictis, quas pro colore tue inobediencie adduxisti, per tuam compressionem tercia causa, quam allegas, amovetur. Asseris [1]) enim pro una causa, quod si conticuisses a predicacione prohibitus, multa bona et salutem animarum neglexisses. [2]) Absit! Absit! Utinam obedisses nec hereticum Vicleff defendisses! Vidisses utique, quanta bona tibi et complicibus tuis salutaris obediencia contulisset! O utinam sequens prophetam [150[2b]] cum tuis coapostolis obmutuisses et siluisses a bonis! [3]) Sine dubio te obediencia coronasset nec utique aliquid neglexisses nec ex eo verbum dei fuisset alligatum. Supposito enim, quod impletis [a]) tui prelati racionabilibus processibus in biduo vel in triduo viam carnis transisses universe, cum mortales sumus et hora [b]) mortis semper suspecta, dic rogo quid in tuo perpetuo silencio catholice fidei vel terre Bohemie vel saluti hominum vel bonis moribus obfuisses? Multo minus, si vivens quasi mortuum te virtute obediencie reputasses, superbiam proprie voluntatis nimis tumidam silencio pro tempore humiliter comprimendo; multum utique et multis, primum tibi ipsi, per omnia utilis fuisses.

Ymmo si cum tuis complicibus propter pestiferas doctrinas Vicleph, quas seminasti in populo, fidei ecclesie romane et tocius christianitatis contrarias, nunquam predicasses, inclitum regnum Bohemie nunquam fuisset infa-

[a]) Rkp.: intellectis. — [b]) Rkp.: de hora.

[1]) Podobně v Antihusovi str. 154.
[2]) To v XVIII. hl. *není*, nýbrž později v XXI. (Opp. I, 244[b]).
[3]) Ž. 38, 3.

matum, sed in sua gloria antiqua continue rutilasset. Sed cum predicaciones tue et tuorum coapostolorum ex germine pestifere doctrine Vicleff ortum habentes non redolere sed olere ceperunt, regnum Bohemie per omnes provincias circumcirca longe lateque diffusas confunditur et hereticatur. Interrogentur de hoc, qui extere nacionis alienas terras sive milicie sive peregrinacionis causa gyraverunt, quid quantumve in dedecus Bohemie gentis confusionis sustinuerunt nobilis, populus et sacerdos!

Quis eciam fructus in regno venerit ex illa predicacione, cottidiana docet experiencia. [1]) Olim inter proximos ex predicacione caritas augebatur, nunc autem ex sermonibus tuis et tuorum complicum odium excitatur, ymmo [151[1a]] ex vestris sermonibus ad tantum odium pululavit, ut pene rara sit domus, que in se non habeat discrepantes. Olim vidit proximus proximum cum omni dulcedine, cum suavitate, complacencia et humanitate, iam se respiciunt curvo vultu, mutuam conversacionem fugientes, ymmo socii prius et amici carissimi ex vestris predicacionibus facti sunt inimici et alterutrum alieni. Quanta eciam audita et cognita sunt in terra Bohemie, que per vestras doctrinas pestiferas vestris acutis et dolo concoloratis publicis predicacionibus et occulte insidiosis persuasionibus excitata sunt in maximam turbacionem plurimorum, presertim cleri, et excidium veritatis, cum predicatores catholice verbum dei predicantes, vestris doctrinis contrarios, repulistis et exilium pati ordinastis et sic in rei veritate per vos verbum dei fuit alligatum, qui contra vestram inobedienciam et germen pernoxium Vicleff pestiferi catholice predicantes mendose accusastis, ipsos inclamastis et ultimo terroribus et verberibus repulistis! Multi tamen in ewangelio et defensione fidei inter tot et tanta discrimina de gracia dei perstiterunt, in antiqua fide eciam inter ipsos terrores et pericula manere populum [a]) adhortantes!

Clerum eciam vobis contrarium bonis tem-

[a]) Rkp. za »populum« zase: »manere«.

[1]) Podobně v Antihusovi str. 153.

poralibus spoliari procurastis, principibus, baronibus, militibus et clientibus, quod possunt et debent auferre licite clero bona temporalia, persuadendo, in eo ipsorum animas vestimentis i. e. virtutibus spoliantes, dum ipsos ad malum licenciatis contra scripturam sacram et canonicas sancciones, ita quod de vobis bene potest adduci illud Job 24 [1]): »Agrum non suum demetunt et vineam eius, quem vi oppreserunt, vindemiant,« ubi Gregorius [2]): Potest agri vel vinee nomine universa ecclesia signari, quam perversi predicatores deme [151[1b]] tunt et auctoritatem in eius membris opprimendo vindemiant, quia creatoris nostri graciam persequentes dum quosdam de illa, qui recti videbantur, rapiunt, quid aliud quam spicas vel botros animarum tollunt?« De quibus subditur [3]): »nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore,« ubi Gregorius [4]): »Sicut vestimenta corpus, sic bona opera protegunt animam. Vnde cuidam dicitur Apok. 16: Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet [a]). Heretici itaque cum in quorumdam mentibus perversis allegacionibus recte fidei opera subtrahunt, quid agunt, nisi ut hiis qui adhuc desideriorum carnalium frigora senciunt, nimirum velamina indumentorum tollunt, ut sine bonorum actuum vestimento moriantur. De quibus infra subditur: Nudis et incedentibus absque vestitu et esurientibus tulerunt spicas. Omnis enim qui nec bona nec mala operatur, nudus est et ociosus, qui autem mala agit, nudus incedit, quia sine velamine boni operis per iter pravitatis pergit. Sunt vero nonnulli, qui malum nequicie sue cognoscentes saciari pane iusticie festinant, percipere sacri eloquii dicta desiderant. Hii itaque quociens patrum sentencias pro edificandis mentibus in cogitacione versant, quasi de bona segete spicas portant. Heretici igitur nudis et incedentibus absque vestitu et esurientibus spicas tollunt, quia sive quidam ociosi sint et in nullis bonis operibus se exerceant seu per iter inpudicicie absque velamine boni operis pergant, eciam si qui ad penitenciam redire cupiunt et pabulum verbi concu-

[a]) Rkp.: ambules.

[1]) v. 6. — [2]) *Migne* P. L. 75 col. 1150. — [3]) Job 24, 7.
[4]) *Migne* P. L. 75 col. 1150—1152 (kompil.).

piscunt, eis esurientibus spicas tollunt, quia in eorum mente perniciosis persuasionibus patrum sentencias destruunt et corrumpunt.« Hec Gregorius.

[151[2a]] Item terciam causam fingis tue inobediencie ibidem in cap. XVIII. L contra mandatum apostolicum Allexandri V. sic obiciendo [1]): *Est eciam hoc mandatum in preiudicium capellarum erectarum confirmatarum a dyocesanis et privilegiatarum racionabiliter a sede apostolica ad verbum domini in illis predicandum. Non enim profectus aliquis ex illo mandato provenire cernitur, sed fallax et inconstans illusio in hoc, quod loca propter privatam affeccionem et iniuriosam supplicacionem vel inportunam vel propter comodum temporale a suis licitis libertatibus spoliantur.* Hec Huss.

Verum forte scriberes, si illud mandatum foret ad impediendum verbum dei, quod nequaquam factum est, sed ad destruendam insidiosam speluncam [2]), in qua cathedram tibi, non predicacionis sed prevaricacionis, statuisti, ubi sicut probatum est contra sedem apostolicam multa scandalosa et erronea sunt predicata, contra fidem communem ecclesie romane et tocius christianitatis de sacramentis, clavibus, officiis, censuris ecclesie, de iuribus, libertatibus, moribus, ritibus ecclesie, de ordinibus et religionibus in ecclesia, de veneracione reliquiarum et indulgenciis, ubi eciam pro perniciosissimo heretico Vicleff contra sanctam romanam ecclesiam et sedem apostolicam et contra dyocesanum est advocatum, pro cuius patrocinio sedens et predicans adversus patres tuos ac fratres nepharia loquebaris et adversus communem pastorem matris ecclesie gravissimum seminabas in populis scandalum, eius mandata vilipendens et subsanans, ubi eciam dyocesano tuo reverendo olim domino Sbinkoni, prelatis et toti clero sevissimam tribulacionem tuis publicis sermonibus excitasti, [151[2b]] cui eciam usque ad mortem cum contemptu recalcitrans durius rebellasti. [3])

[1]) Opp. I, 235[b]. — [2]) K následujícímu srv. Pálčova Antihusa str. 128.
[3]) Srv. Pálčova Antihusa str. 153 a Antihusa Štěpána Dolanského.

Deinde quali tyrannide clerus fuerit quassatus contra libertates ecclesie et patrum canonicas sancciones propter tuas predicaciones factas in cathedra pestilencie Bethlehem et propter tua scripta pestifera et occultas suasiones, quis possit enarrare?! E quibus quidam captivati et sicut latrones hincinde ducti vinculis sunt mancipati, quidam percussi, alii inhoneste tractati, alii depopulati, alii de propriis ecclesiis expulsi et alii usque hodie exules et vagi sunt et in exilio quidam iam defuncti et plures de populo interfecti. Hec feceris et videns angustias fratrum tuorum tot et tantas propter interdictum propter te sancte et iuste tentum, noluisti a tua predicacione ad mandatum tuorum prelatorum ad tempus abstinere, et dum tuis senioribus et eorum licitis mandatis obedire hortareris non audisti, sed quasi solus inter mortuos liber [1]) et tibi soli sufficiens repugnans et rebellis sic hactenus permansisti.

Ideo merito illa capella sathanice scole una tecum ecclesiastico supposita est interdicto ab eo, qui loca ecclesiastica privilegiare habet et privilegium tollere habita causa. Vnde sicut racionabiliter sedes apostolica privilegiavit capellam Bethlehem ad verbum dei predicandum, sic racionabiliter ex causis iam dictis propter nimium abusum illud privilegium interdixit, et presertim ut dogma pestiferum vergens in detrimentum fidei et religionis christiane sopiretur. Et hic est profectus magnus ex illo mandato proveniens et propter hunc profectum et mala supradicta tollenda apostolicum exiit mandatum, non propter [152[1a]] privatam affeccionem nec iniuriosam supplicacionem, ut asseris, vel comodum temporale. Nisi enim sic per illa mandata et prohibiciones obviatum fuisset, verisimiliter timetur, quod ex predicacionibus illius loci fides [a]) et religio christiana quoad singula supra nominata quasi totaliter fuisset iam subversa.

Quare si non exaltasses cor tuum nec elatis super te oculis ambulasses [2]), te sapienciorem et prudenciorem cunctis reputando, sed humiliter cum romana ecclesia et tota christianitate

[a]) Rkp.: sedes.

[1]) Ž. 87, 6. — [2]) Ž. 130, 1.

senciens te superioribus cum Saule humiliasses dicente: »Numquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel et cognacio mea novissima inter omnes familias de tribu Benjamin?« (I. Reg. XV) [1]) — quo contra tu in oculis tuis sapiens et coram te ipso prudens omnes alios spernis, super omnes te extollis, diversarum novitatum germina in populo disseminans contra communem fidem et religionem christianam, nec in hiis vis romane ecclesie et sedi apostolice [te] submittere direccioni vel eciam alicuius universitatis approbate, reputans te [2]) inter quosque doctores et predicatores previos novos et veteres iam primo natum principem pro patribus [3]) et pre patribus. Qui solus et in modernis primicerius recte scripturas tractas et digeris, cecorum illuminas oculos, quasi tu solus sis pre ceteris lumen sedentibus in umbra mortis [4]), cum te errare non reputas et alios patres nostros et patrum nostrorum patres in fide deviasse facto astruis, novam fidem et religionem in christiano populo predicando.

Sed numquid propter te derelinquetur terra et transfe-
[152 1b] rentur rupes de loco suo (Job)? [5]) Si enim hoc est verum, quod tu docmatisas, sentencians contrarium in multis fidei romane ecclesie et tocius christianitatis, omnis terra a deo derelicta est, quem pre multitudine in sua fide hucusque tenuit [a]) sancta universalis ecclesia. Sancta enim ecclesia universalis predicat veraciter, deum nisi intra se coli non posse, asserens quod omnes qui extra ipsam sunt minime salvabuntur. At contra tu, quia extra ipsam propter doctrinas varias et peregrinas salvare te posse confidis et tuis sequacibus salutem repromittis, tibi et tuis divinum adiutorium adesse profitendo — numquid ergo propter te derelinquetur terra? i. e. ut quisquis extra te fuerit, minime salvetur? Absit! Sed prudenciam tuam ostendisti plurimam, Job XXVI [6]), ubi Gregorius [7]): »Omnis cui prudencia recta est, plurima non est, quia iuxta vocem Pauli ad Rom. 12 non plus appetit sapere quam oportet; cui vero plu-

[a]) Rkp.: te tenuit.

[1]) I. Král. 9, 21. — [2]) Podobně v Antihusovi str. 154. — [3]) Ž. 44, 17.
[4]) Luk. 1, 79. — [5]) Job 18, 4. — [6]) v. 3.
[7]) *Migne* P. L. 76 col. 24.

rima, recta non est, quia ultra modum tenditur et in quolibet latere culpe declinatur. Prudenciam vero suam plurimam ostendunt, qui videri pre aliis prudenciores appetunt. Vnde fit plerumque, ut dum moderate sapere nesciunt, et fatua loquantur.« Hec Gregorius lib. XVII. cap. XXVI.

Sed et numquid eciam rupes propter te de loco suo transferentur? Rupes doctores vocantur sancti et patres sancti, quos sublimibus in humano genere excedere sensibus estimamus, quos perfectos doctores se habere ecclesia gloriatur. Numquid ergo hii in ecclesia sancta recte sencientes humiliter et suis doctrinis et constitucionibus ac decretis fideles stabilientes tibi de loco suo cedent, ut ipsi falsa in comparacione tui sentire reputentur? Absit! Sed timendum est, ne de te et tuis coapostolis alta sencientibus et nimis de se pre [152 2a] sumentibus verificetur illud Job 24 [1]): »Alii terminos transtulerunt et diripuerunt greges,« ubi Gregorius lib. XVI [2]): »Quos aliorum nomine nisi hereticos designat, qui a sancte ecclesie gremio extranei existunt? Ipsi enim terminos transferunt, quia constituciones patrum prevaricando transcendunt, de quibus nimirum constitucionibus scriptum est: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres. Qui greges diripiunt et pascunt, quia inperitos quosque perversis ad se persuasionibus trahunt et doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt.« Hec Gregorius.

Utilius ergo tibi foret sensum tuum humiliter deprimere, cum sapiencioribus et prudencioribus conformiter senciendo. Recole, ut ceperam de Saul dicere, quomodo per obedienciam et humilitatem regnum et spiritum bonum dei adeptus fuit dicente scriptura I. Reg. XV [3]): »Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?« et iterum [4]): »Et insiluit super eum spiritus domini et prophetavit in medio cunei prophetarum, ita ut pro miraculo veniret in proverbium: Numquid et Saul inter prophetas?« Quo contra per inobedienciam et superbiam a regno eiectus mali spiritus ludibrio est comprehen-

[1]) v. 2. — [2]) *Migne* P. L. 75 col. 1148. — [3]) v. 17.
[4]) I. Král. 10, 10.

sus, David electum domini et plures vexans, ipse plurimum ymmo usque ad extremum iusto dei iudicio vexabatur. Vnde inter plurima inprecacionis verba adversus Saulem per Samuelem iniecta hec inter cetera secuntur [1]): »Pro eo quod abiecisti sermonem domini, sc. per inobedienciam et superbiam, abiecit te dominus, ne sis rex.« Et infra [2]): »Et directus est spiritus domini in David« et deinceps [3]): »Spiritus autem domini recessit a Saul et exagitavit eum spiritus domini malus.«

Time, Hussko, ne forte ex tua grandi rebellione et inobediencia crassa [152[2b]] et superbia nimis magna malo exagiteris spiritu, cum tot prelatorum proiecta obediencia et tot doctorum sanctorum et patrum doctrina vilipensa quasi equus sine freno discurrens doctrinas, quas apostolus vocat varias et peregrinas [4]), in populo spargere non formidas et nullius subiectus obediencie, divini iuris imperio, quasi deum te exaltato corde constituis tuorum coapostolorum et sequacium, sicut cernitur manifeste. Vnde tibi dici potest conformiter, quod dictum est Sauli per Samuelem improperanter, cum de allacione prede per oblaciones factas in Galgalis suam inobedienciam voluit colorare: »Numquid vult dominus holocausta et victimas et non pocius [ut] obediatur voci domini? Melior est enim obediencia quam victima« (I. Reg. XV) [5]). Et quia actus predicacionis et missacionis non inconsone inter holocausta et victimas computantur, eo quod per holocausta et victimas quilibet actus merendi potest intelligi: ideo merito eisdem verbis poterit tibi inprecari: Numquid vult dominus missacionis holocausta et victimas predicacionis et non pocius [ut] obediatur voci domini? Ideo sicut Saul pro eo, quod abiecit sermonem domini, abiecit eum dominus a dignitate, ne sit rex: sic Husko, quia abiecisti mandatum domini per Alexandrum V. iuste et sancte factum, ut est ostensum supra, digne ab hiis, quibus sancte ecclesie commissa est disciplina, ruine tue dolore es prostratus; et qui apostolicis noluisti obedire decretis, locum deinceps inter sacerdotes quoad execucionem officii non habeas, sed a ministerio missacionis et predicacionis fias extraneus et suspensus.

1) I. Král. 15, 23. — 2) I. Král. 16, 13. — 3) v. 14. — 4) Žid. 13, 9. 5) v. 22.

[E cap. XLV—166[2b]]. Probat autem illam partem supposicionis sic scribens [1]): *Patet autem secundo supposicio ex verbis doctorum, cum dicunt: Quidam autem de clero in regno Bohemie ad hoc nolunt consentire, conantes quantum in eis est inducere fidelem populum ad inobedienciam respectu prelatorum et ad irreverenciam erga papalem, episcopalem, sacerdotalem et clericalem dignitatem. Modo notum est, quod inobediencia et irreverencia, quam doctores hic innuunt, foret peccatum mortale.* Hec Huss.

Respondetur, quod verum est, quod inobediencia et irreverencia, quam doctores ibi innuunt, est peccatum mortale. Nam rogo iuxta sentenciam b. Bernhardi quomodo te vis racionabiliter a peccato mortali excusare, cum silencium a predicacione et suspensionem a missacione, a sede apostolica tibi sancte et iuste iniunctam, ut patet ex prioribus, rupisti ex contemptu, cum iam fere per 4 annos hoc silencii [a]) mandatum transgrediens missasti et predicasti, non curans irregularitatem incurrere et prophanare in scandalum plurimorum? Sed ex hoc non sequitur, quod ergo hoc verbum »debet« in quolibet precepto prelatorum dicat debitum obligacionis ad inobedienciam [167'[a]] et irreverenciam sub pena peccati mortalis. Illa enim probacio est valde insufficiens secunde supposicioni.

Secundo probat illam supposicionem ex auctoritate b. Augustini per doctores allegata, ubi dicitur [2]): *Si obediens patri tuo non fueris (intellige non patri corporali sed spirituali), omnes virtutes perdidisti. Modo planum est, quod non potest homo virtuosus omnes virtutes perdere nisi per peccatum mortale, et sic in auctoritate illa inobediencia crimen mortale inculcat. Istud ergo dictum doctorum ex supposicione sc. romane ecclesie et prelatis obediendum esse per inferiores in omnibus quibuscunque etc. tantum valet: i. e. debet obediri sub pena peccati mortalis. Vnde ad istum sensum clamant nunc, quod sim romane ecclesie inobediens et propter hoc me excommunicant. Et planum est ex*

a) Rkp.: silencium.

1) Opp. I, 240[b]. — 2) ibid. 240[b].

lege dei et ex lege canonica, quod non debet quis excommunicari nisi propter peccatum mortale, ut dixi alibi. Hec Huss.

Respondetur. Verum est, quod secundum auctoritatem b. Augustini inobediencia peccatum mortale inculcat, sed non quelibet inobediencia, ut dictum est inmediate — et ergo supposicio est improbata. Verum est tamen, quod inobediencia tua est mortifera. Quis enim hoc poterit exprimere, quantum in clerum huius regni et romanam ecclesiam deliquisti, cum despexeris pertinaciter Petri claves et ecclesiasticam leseris potestatem, cum non solum interdicti sentenciam, quam servare utique debueras, ab inicio temere violasti, ymmo ipsum non servare multos induxisti et quod peius est, per seculares tibi faventes ad non servandum interdicti sentenciam plurimos compulisti et quos monitis et falsis persuasionibus ad violandam interdicti sentenciam non potuisti inducere, minis ac [167 1b] terroribus flectere [et] captivitate plurimorum sacerdotum per seculares hincinde per Boemiam compellere suggessisti, ita quod tua suggestione plurimi plebani et altariste beneficiis, bonis temporalibus et censibus spoliati exulare sunt coacti.

Sed forte et sine forte hoc procurans et ad hec consenciens manus lavare poteris cum Pilato, ut innocens habearis a peccato mortali denudatus! Revera gravius peccasti quam Pilatus, qui propter timorem cesaris sibi obiectum a Judeis dicentibus: ‚Si hunc dimittis, non es amicus cesaris' (Joh. 19) [1]) Jesum innocentem condempnavit, tu autem propter contemptum et superbiam adversus romanam ecclesiam et tuos prelatos volens tue malicie et obduracionis multos habere complices, ut multitudini parceretur, predicta fieri procurasti et quos doctrina tua et suggestionibus corrumpere non valuisti, saltem accusacionibus mendosis et terroribus incussis ad tuam inobedienciam attrahere per tuos complices laborasti. Vnde bene de te scripsit Psalmista dicens [2]): »Sub lingua eius labor et dolor, sedit in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.« Propter enim perversa dogmata sub lingua tua labor et dolor est; propter vero sanctitatis speciem, quam simulas et ostentas, sedes in insidiis; propter autem secularis potestatis violenciam

[1]) v. 12. — [2]) Ž. 9[2], 7 n.

et tyrannidem sedes cum divitibus in occultis, quia simul et specie sanctitatis fraudulenta et terrena potestate uteris et in occultis cum divitibus sedere perhiberis.

Tua enim predicacio ab auditoribus facile despici poterat et tue sanctitatis simulacio, si non eam adiunctus terror [167[2a]] secularium exaltasset. Sed numquid hec legi dei sunt consona et vite apostolorum? Quis inquam apostolorum se brachio protexit seculari et sedicionem in populo excitavit? Omnes enim apostolorum legende perlegantur studiose et nusquam reperientur per eos ista facta. Lege in vita s. Andree apostoli! [1]) Cum eum Egeas iratus in carcerem reclusisset, ubi cum clausus esset, venit ad eum multitudo magna provincie Achaie, ita ut Egeam vellent perdere et Andream de carcere liberare, quibus s. Andreas dixit: »Nolite fratres karissimi quietem domini mei Jesu Christi in sedicionem diabolicam excitare, sed magis estote parati, ut per tribulaciones temporales ad eterna gaudia pertingatis.« Tu autem oppositum patras, cum ut tribulaciones iustas et sanctas, quas condigne meruisti, evaderes, sedicionem nedum in populo communi dyabolicam excitasti, sed populum communem quod peius est contra clerum concitasti, quia interdictum violare et coram te officiare noluerunt, quorum beneficia tui sequaces in villis et civitatibus occuparunt et adhuc aliqui die occupant hodierna.

Sed hec non solum vite obviant et conversacioni apostolorum, sed et legi Christi. Dicit enim lex Christi Ex. XX et Mat. XIX [2]): ‚Non concupisces rem proximi tui, non furtum facies', sed tui sequaces tuo ortatu istam legem in parietibus depingunt, ore assidue pronuncciant et per tabernas inebriati et taxillos ludentes cantant, sed in corde habent opposita illorum inscripta mandatorum. Quod in opere demonstrant evidenter, ut a fructibus suis cognoscantur, dum res proximorum [167[2b]] nedum concupiscunt, sed violenter contra deum et iusticiam ex tua suggestione licenciati rapiunt, bona clericorum spoliantes, ubi plus quam furtum, quia spolium et sacri-

[1]) Apokryfní »Acta Andreae«. — [2]) Ex. 20, 17. 15; Mat. 19, 18.

legium committunt, concepta audacia temera presumpcione ex tuis sermonibus et tuorum coapostolorum publicis et privatis. Estne hec vera obediencia tibi in hac parte et tuis coapostolis consentire, cum sepius in capitulis de obediencia replicasti, quod nemo debet obedire homini in aliquo eciam minimo, quod divino obviat mandato? Et si hoc verum reputas, quod loqueris et scribis, quomodo te et tuos coapostolos talia suggerentes et laycos hec ipsa facientes a peccato mortali poteris excusare et exhinc contra te et tuos complices excommunicacionis sentenciam iniuste latam, nisi forte prelatos et ceteros sacerdotes proximos tibi et complicibus tuis non reputares, more Judeorum solum tibi adherentes proximos arbitrando, quod utique asserere non audebis. Ideo cum tu ipse cum tuis certis coapostolis horum criminum causa extitisti principalis, quomodo ex lege dei et canonum vis te a peccato mortali excusare ac per hoc iniuste excommunicatum estimare?

[169^{2a}] Respondetur ad argumentum [1]) negando consequenciam. Ad probacionem dicitur, quod nunquam fuerunt moniti in debita forma, quod non fecissent sibi debitum, quo sentencias et penas non incurrerunt servata omni obediencia et reverencia circa sedem apostolicam et papam Innocencium. Et supposito sed non concesso, quod fuissent moniti in debita forma, non ad statim tenebantur obedire, quia in illa bulla papa concessit personis pluribus facultati[a]) et statutis ipsius preiudicialia, non bene informatus per mag. Mauricium; ideo poterant racionabiliter obedienciam illam suspendere ad [169^{2b}] informacionem ipsius meliorem. Quodsi post informacionem utique tale mandatum de dando sibi locum quem postulavit cognovissent, omnino cum reverencia paruissent.

Nec ista cavillacio ut prior est contra veritatem catholicam b. Bernardi et doctorum, quia secus est de concessis et preceptis simpliciter. Non enim posuerunt b. Bernardus et doctores, quod obediendum est per inferiores in omnibus quibuscunque, ubi non denegatur purum bonum nec conceditur purum malum, sed medium. Sciunt enim doctores, quod in talibus concessis requi-

[a]) Rkp.: facultatis.

[1]) De mag. Mauricio — Opp. I, 241^{b}.

ritur narracio, que si falsa est, contingit sedem apostolicam et ecclesiam romanam fallere et falli et sic sciunt doctores, quod non omnia talia concessa sunt tamquam fides acceptanda nec eis ad statim est obediendum sub pena peccati mortalis usque ad informacionem saniorem.

Sed mirandum est de Huss stulticia puerili, quod in hac cavillacione nititur confundere personas, ipsis crimina obiciendo ex nomine. Si enim modum correccionis pretendisset, eos in genere absque nominacione personarum correxisset et utique iuxta suum ordinem et senium posuisset, sed contra quem plus stomachatur, quia sibi in suis erroribus non adheret et contra errores Viclef quos approbat publice predicavit, [1]) illum primum in ordine quasi ex amore Jude collocavit, unum autem noluit nominare, quem bene denotavit, de quo bene constat fuisse participem in crimine. [2]) Si fraternam correccionem et non detraccionem intendisset adhibere, illum amorem fraternum in illo non nominato implevisset, ipsum cum aliis specificando, sed quia sibi deferre voluit, ne ipsum confunderet, quia non est multum contrarius viis suis, ex hoc arguitur, quod alios nominatos non corrigere sed confundere laboravit iuxta exemplum salvatoris, [170^{1a}] quod nobis reliquit, quod nunquam mala pro malis sed bona pro malis reinpendere debeamus, habens eciam scripturam pro se apostoli ad Rom. XII [3]): *Nulli malum pro malo reddentes, benedicite persequentibus vos, benedicite et nolite maledicere.* Revera non corrector nec argumentator, sed detractor viciosus convincitur.

Non enim hoc Christus vel lex eius docuit, cuius titulum sibi ypocritice usurpat, se scribens in literis missilibus servum Jesu Christi et legis eius. Christus enim crimen Jude sui proditoris noluit publice nec per[a]) ipsum requisitus nominare, sed dixit in genere [4]): *Unus vestrum me traditurus est* (Mat. 26), quia a malo retrahere voluit et emendare. Iste autem scriptor, ostendens se in eo servum antichristi, malum suis magistris false imponens non est eos cum hoc veritus nominare, quia per-

[a]) Rkp.: vynech.

[1]) Stanislav ze Znojma. — [2]) Kdo je tu míněn, nelze určiti.
[3]) v. 14. — [4]) Mat. 26, 21.

cutere eos infamia curavit non emendare. Vnde Ysidorus lib. 3 cap. XLI. de summo bono sic inquit[1]): *Qui deliquentem superbo vel odioso animo corrigit, non emendat sed percutit. Quicquid enim protervus vel indignans animus protulit, obiurgantis furor est, non dileccio corrigentis.* Hec ille.

Et vere furor obiurgantis est, quia cum nunquam fuisset in convocacione facultatis theoloyce, ubi doctorum denegacionem in recepcione bulle Bonifacii certitudinaliter cognovisset, presumpsit tamen scribere tamquam certum, quod ipsi moniti in debita forma bullis pape parere noluerunt ac excommunicacionem in non parendo et demum prophanacionem incurrerunt, quod nunquam probare poterit in eternum iste conviciator de doctoribus per eum nominatis, [170[1b]] per hoc volens excommunicacionem [et] prophanacionem in se ipso colorare, si istos haberet in predictis consodales.

---

1) *Migne* P. L. 83 col. 711.

XVIII.

RESPONSIONES MGRI JOHANNIS HUS AD ARTICULOS JOHANNIS WICLEF.[1])

Ad 1. vid. Substancia panis materialis et similiter sub- 54[a]
stancia vini manent in sacramento altaris, Hus: *Nunquam tenui nec teneo, quia sanctorum sentenciam et ecclesie sequor.*

Ad 2. art. vid.[2]) Accidencia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento, Hus: *Istum non teneo nec tenui sicut primum, sed sanctorum sentenciam et ecclesie sequor.*

Ad 3. vid. Christus non est in eodem sacramento idemptice et realiter in propria essencia corporali: *Non recordor, ubi stat; falsa est.*

Ad 4. vid. Si episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non conficit, nec consecrat nec baptisat: *Nescio, ubi stat. Ad istum sensum vera, ut sancti dicunt, quod non ordinat, non conficit, non consecrat digne, sed alias pessimus sacerdos ita facit, quia deus per eum facit.*

Ad 5. vid. Non est fundatum in ewangelio, quod Christus missam ordinaverit: *Nescio, ubi stat. Vera est ad istum sensum, quod officium misse Christus in ewangelio non expressit, sed sacerdotibus dedit potestatem missandi.*

Ad 6. vid. Deus debet obedire dyabolo: *Falsa est.*

Ad 7. vid. Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis: *Nescio, ubi stat. Non teneo*

---

1) Z rkp. kapit. knih. *pražské* E 79; otištěno již v Hlídce 1911 a v Několika textech I, str. 60—64.

2) Rkp. nevypisuje článků Viklefových; připojuji je, aby byl text jasnější.

nec tenui, sed contrarium legi in ewangelio Descendit Jesus de monte.

Ad 8. vid. Si papa sit prescitus et malus et per consequens membrum dyaboli, non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datam, nisi forte a cesare: *Non teneo nec tenui, sed dico: Si papa esset pessimus, ipse habet potestatem tamquam minister, per quem deus operatur, iuxta illud Mat. 23: Super kathedram Moysi etc.*

Ad 9. vid. Post Urbanum VI. non est aliquis recipiendus in papam, sed vivendum est more Grecorum sub legibus propriis: *Nunquam tenui nec teneo, quia habui papas Bonifacium, Innocencium, Gregorium, Alexandrum et Johannem XXIII. presentem dominum papam.*

Ad 10. vid. Contra scripturam sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones: *Non teneo nec tenui, sed sto in isto ad sentenciam sanctorum Augustini, Jeronimi, Gregorii et aliorum sanctorum.*

Ad 11. vid. Nullus prelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat ipsum excommunicatum a deo; et qui sic excommunicat, fit hereticus ex hoc vel excommunicatus: *Prima pars videtur michi esse vera istius articuli ex hoc, quod nullus prelatus debet excommunicare aliquem nisi propter peccatum mortale, ut patet ex canone.*

Ad 12. vid. Prelatus excommunicans clericum, qui appellavit ad regem et ad consilium regni, eo ipso traditor est regis et regni: *Non tenui nec teneo nec credo esse verum.*

Ad 13. vid. Illi, qui dimittunt predicare sive audire verbum dei propter excommunicacionem hominum, sunt excommunicati et in die iudicii traditores Christi habebuntur: *Ista potest habere unum sensum verum; nam michi contigit, quod*
54b *propter abstraccionem obediencie / a Gregorio archiepiscopus pragensis me a predicatione et ab officio suspendit, ego tamen predicavi non obstante sua excommunicacione.*

Ad 14. vid. Licet alicui dyacono vel presbitero predicare verbum dei absque auctoritate sedis apostolice et episcopi catholici: *Ista potest habere unum sensum verum, sic vid. quod sine speciali licencia ingruente magna necessitate liceret presbitero vel dyacono predicare.*

Ad 15. vid. Nullus est dominus civilis, nullus est prelatus,

nullus episcopus, dum est in peccato mortali: *Iuxta sanctorum sentenciam Augustini, Jeronimi, Ambrosii, Gregorii, Crisostomi, Remigii et Graciani ista proposicio habet sensum verum, vid. quod nullus talis est digne, quamvis secundum officium sit talis.*

Ad 16. vid. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus: *Nec assero nec nego, sed quia forte potest habere unum sensum verum.*

Ad 17. vid. Populares possunt ad arbitrium suum dominos delinquentes corrigere: *Si corrigere accipitur pro ammonicione caritativa iuxta illud Mat. 8: Si peccaverit etc., tunc potest habere sensum verum.*

Ad 18. vid. Decime sunt pure elemosine et parochiani possunt eas propter peccata suorum prelatorum ad libitum suum auferre: *Primam partem non audeo negare nec affirmare, secundam partem nego.*

Ad 19. vid. Speciales oraciones applicate uni persone per prelatos vel religiosos non plus prosunt eidem quam generales ceteris paribus: *Ista proposicio est indefinita negativa, que habet examinari per eius contradictoriam affirmativam, et quia videtur michi intricata, explico sentenciam sic, quod oraciones speciales applicate uni persone per prelatos aliquando plus prosunt quam generales ceteris paribus.*

Ad 20. vid. Conferens elemosinam fratribus est excommunicatus eo facto: *Non teneo etc.; nego istam proposicionem.*

Ad 21. vid. Si aliquis ingreditur religionem privatam qualemcunque, tam possessionatorum quam mendicancium, redditur inepcior et inhabilior ad observanciam mandatorum dei: *Non teneo nec tenui.*

Ad 22. vid. Sancti instituentes religiones sic instituendo peccaverunt: *Non teneo nec tenui, quamvis estimo, quod ad istum sensum est vera illa proposicio, quod quando instituerunt religiones, peccaverunt saltim venialiter iuxta ewangeliste: Si dixerimus, quia peccatum non habemus etc.*

Ad 23. vid. Religiosi viventes in religionibus privatis non sunt de religione christiana: *Ista indefinita potest habere istum sensum verum, quod religiosi viventes criminaliter non sunt de*

religione christiana secundum graciam pro tunc, quamvis vocentur et sint nomine christiani.

Ad 24. vid. Fratres tenentur per laborem manuum victum acquirere, non per mendicitatem: *Non tenui nec teneo, bonum tamen esset, quod interdum laborent, sicut eorum predecessores laboraverunt, ymmo dignior fratribus Paulus Christi apostolus per laborem se et alios fovit.*

Ad 25. vid. Omnes sunt symoniaci, qui se obligant orare pro aliis eis in temporalibus subvenientibus: *Non tenui nec teneo.*

Ad 26. vid. Oracio presciti nulli valet: *Non tenui nec teneo.*

Ad 27. vid. Omnia de necessitate absoluta eveniunt: *Non tenui nec teneo.*

Ad 28. vid. Confirmacio iuvenum, clericorum ordinacio, locorum consecracio sunt reservata pape et episcopis propter cupiditatem lucri temporalis et honoris: *Non teneo nec tenui, quia sancti, non papa, illam causam instituerunt.*

Ad 29. vid. Universitates, studia, collegia, graduaciones et magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta et tantum prosunt ecclesie sicut dyabolus: *Non teneo nec tenui.*

Ad 30. vid. Excommunicacio pape vel cuiuscunque prelati non est curanda, quia est censura antichristi: *Non teneo nec tenui, sed dico, quod excommunicacio propter peccatum mortale indicta est sancta et iusta et maxime secundum Augustinum timenda.*

Ad 31. vid. Peccant fundantes claustra et ingredientes sunt viri dyabolici: *Non teneo nec tenui, sed habeo pro illo, quod utrique merentur, dum bona intencione observande Christi legis sic faciunt.* [a])

Ad 32. vid. Ditare clerum est contra regulam Christi: *Nec tenui nec teneo, nam possunt habere divicias clerici licite, dum eis non abutuntur.*

Ad 33. vid. Silvester papa et Constantinus imperator erraverunt ecclesiam dotando: *Nec audeo asserere nec negare, quia uterque potuit peccare venialiter, ille dando et iste suscipiendo.*

Ad 34. vid. Omnes de ordine mendicancium sunt heretici et dantes eis elemosinam sunt excommunicati: *Nec tenui nec*

[a]) Rkp.: observande Christi lege sic facit.

teneo, quia spero, quod sunt boni christiani, et elemosinam sepe eis solus dedi et dare procuravi.

Ad 35. vid. Ingrediens ordinem aut aliquam religionem eo ipso inhabilis est ad observandum divina precepta et per consequens perveniendi ad regnum celorum, nisi apostataverit ab eisdem: *Nec tenui nec teneo, quamvis forte aliquibus gravius est illam religionem quam Christi legem communem observare.*

Ad 36. vid. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus sunt heretici, eo quod possessiones habent, et omnes consencientes eis sc. domini seculares et laici ceteri: *Nec tenui nec teneo, quia solus possessionem habeo.*

Ad 37. vid. Ecclesia romana est synagoga sathane nec papa est inmediatus et proximus vicarius Christi et apostolorum: *Nec tenui nec teneo, quia oppositum scripsi in tractatu »De ecclesia«.*

Ad 38. vid. Decretales epistole sunt apocrife et seducunt a fide Christi et clerici sunt stulti, qui eas student: *Nec tenui nec teneo, quia decretales sunt sancte et ego eas studui, legi et in predicacionibus latinis et vulgaribus allegavi.*

Ad 39. vid. Imperator et domini seculares seducti sunt a dyabolo, ut ecclesiam dotarent de bonis temporalibus: *Nec tenui nec teneo.*

Ad 40. vid. Eleccio pape a cardinalibus per dyabolum est introducta: *Nec tenui nec teneo.*

Ad 41. vid. Non est de necessitate salutis credere romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias: *Nec tenui nec teneo.*

Ad 42. vid. Fatuum est credere indulgencias pape et episcoporum: *Nec tenui nec teneo.*

Ad 43. vid. Iuramenta illicita sunt, que fiunt ad roborandum humanos contractus et commercia civilia: *Ista est proposicio indefinita affirmativa, cuius contradictoria est ista: Illa iuramenta sunt licita* [a]), *que fiunt ad roborandos humanos contractus et commercia civilia, et ista videtur michi esse falsa, cum proch dolor multa sunt talia illicita iuramenta.*

Ad 44. vid. Augustinus, Benedictus et Bernhardus dampnati sunt, nisi penituerunt de hoc, quod habuerunt possessiones

[a]) Rkp.: illicita.

et instituerunt et intraverunt religiones; et sic a papa usque ad infimum religiosum omnes sunt heretici: *Nec tenui nec teneo, ymmo habeo sanctum Augustinum, Bernhardum et Benedictum pro magnis sanctis et specialiter beatum Augustinum pro magno et sancto doctore ecclesie.*

Ad 45. vid. Omnes religiones indifferenter introducte sunt a dyabolo: *Nec tenui nec teneo, quia multe sunt religiones sancte.*

Item quod suprascripte conclusiones et articuli fuerunt et sunt erronei, falsi, a sacra scriptura et sanctorum patrum tradicionibus, conciliis generalibus et apostolicis constitucionibus deviantes, scandalosi, contra bonos mores, sediciosi, temerarii et heretici, et sic fuit et est verum. Hus: *Ad istum articulum responsio patet ex predictis.*

Hus interrogatus a scindico concilii generalis in concilio generali Constanciensi respondit ut supra a. dom. MCCCCXV.

XIX.

ARTICULI E PROCESSU MGRI J. HUS CONSTANTIENSI.

1. Articuli e scriptis.

a) Articuli 42 Mgri Stephani de Páleč.

Concilio proposita. (Doc. 204 ss.)	In tractatu »De ecclesia«.
1. Ecclesia catholica sive universalis est omnium predestinatorum dumtaxat.	Ecclesia autem sancta catholica i. e. universalis est omnium praedestinatorum universitas (cap. I, Opp. I, 196 [b]).
2. Nullus mortali crimine maculatus est de ecclesia.	Qui autem peccator est aut aliqua sorde maculatus, de ecclesia Christi non potest appellari (cap. I, Opp. 197 [b]).
3. Sicut Christus non fuit vallatus temporalibus et apostoli eius, ita nec vicarii et successores eorum debent temporalia possidere.	Et sicut oculi et facies carent in operationibus velamine..., sic Christus et apostoli... non erant temporalibus saeculariter involuti, quales oculi debent esse eorum vicarii omnes clerici (cap. III, Opp. 199 [b]).
4. Nulla pars ecclesiae umquam excidit a corpore, sicut nec caritas ligans.	Nulla pars eius ab ea finaliter excidit, eo quod praedestinationis charitas, quae ipsam ligat, non excidit (cap. III, Opp. 199 [b]).
5. Paulus secundum praesentem iniustitiam fuit blasphemus et non de ecclesia, et cum hoc simul fuit in gratia secundum	Sicut Paulus fuit simul blasphemus secundum praesentem iniustitiam et [non] de sancta matre ecclesia et cum hoc fide-

praedestinationem vitae aeternae.	lis atque in gratia secundum praedestinationem vitae aeternae... (cap. III, Opp. 200[a]).
6. Paulus nunquam fuit membrum diaboli nec Petrus, quando negavit Christum.	Sicut Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecit quosdam actus actibus ecclesiae malignantium consimiles, similiter Petrus, qui in grave incidit periurium (ibid.).
7. Praedestinatus non potest finaliter excidere.	... gratia praedestinationis aeternae, a qua praeordinatus non potest finaliter excidere (ibid.).
8. Quemlibet praedestinatum criminosum plus diligit Christus quam aliquem praescitum, in quacunque gratia sibi possibili fuerit.	... quemlibet praedestinatum criminosum plus diligit quam aliquem praescitum, in quacunque gratia fuerit temporali (cap. IV, Opp. 201[b]).
9. Praedestinati habent radicalem gratiam, a qua non possunt excidere.	Praedestinati vero, licet ad tempus priventur fluente gratia, habent tamen radicalem gratiam, a qua non possunt excidere (cap. IV, Opp. 202[b]).
10. Nimis magna foret praesumptio quemquam sine revelatione vel formidine asserere, quod ipse sit membrum sanctae universalis ecclesiae; nam nemo nisi praedestinatus, tempore suo sine macula sive ruga, est membrum illius ecclesiae.	Ex quo patet, quod magna foret praesumptio quemquam sine revelatione vel formidine asserere, quod ipse sit membrum illius sanctae ecclesiae; nam nemo nisi praedestinatus, tempore suo sine macula vel ruga, est membrum illius ecclesiae (cap. V, Opp. 204[b]).
11. Judas nunquam fuit verus Christi discipulus.	Nam in Juda electo ad ministerium episcopatus per Christum ... datur instantia; ipse enim praescitus nunquam fuit verus Christi discipulus (ibid.).
12. Ecclesia praedestinatorum, sive sint in gratia sive non se-	Tertio modo sumitur ecclesia pro convocatione praedestina-

cundum praesentem iustitiam, est articulus fidei, et illa est non habens maculam neque rugam, sed est sancta et immaculata et illa est, quam Christus vocat suam.	torum, sive sint in gratia secundum praesentem iustitiam sive non, et isto modo ecclesia est articulus fidei... non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. Et istam ecclesiam vocat salvator suam ecclesiam (cap. VII, Opp. 206[b]).
13. Omnes criminosi sunt infideles, cum impossibile sit quemquam peccare mortaliter, nisi de quanto in fide deficit.	Omnes autem criminosi secundum praesentem iniustitiam sunt infideles, cum impossibile est quemquam peccare mortaliter, nisi de quanto in fide deficit (cap. VIII, Opp. 208[b]).
14. Verba Christi dicta Petro ‚Quodcunque ligaveris' etc. ex defectu intelligentiae terrent multos christianos, ut timeant serviliter, et alii decipiuntur in praedictis verbis, praesumentes de plenitudine potestatis.	Mat. 16 Petro et ecclesiae in ipso dictum est: Quodcunque ligaveris etc. Et ista verba ex defectu intelligentiae terrent multos christianos, ut timeant serviliter, et alii decipiuntur in eis, praesumentes de plenitudine potestatis (cap. X, Opp. 214[a]).
15. Si papa vel alius praetendit se quovis signo solvere vel ligare, tunc eo ipso solvitur vel ligatur; nam hoc concedens habet consequenter concedere, papam esse inpeccabilem et sic deum, aliter enim posset errare et facere difformiter clavi Christi.	Unde oportet fidelem cavere ab isto dicto: Si papa vel alius praetendit se quovis signo solvere vel ligare, tunc eo ipso solvitur vel ligatur; nam hoc concedens habet consequenter concedere, papam esse impeccabilem et sic deum, aliter enim posset errare et facere difformiter clavi Christi (cap. X, Opp. 215[ab]).
16. Sacerdotes omne dictum scripturae et praesertim ewangelii, quod videtur eis sonare, ut essent divites, delicati, mundo	Et ut perstringam breviter, omne dictum scripturae et praesertim ewangelii, quod videtur eis sonare, ut essent divites, de-

inclyti et nihil patientes pro Christo improperii, illud ruminant, proclamant, extendunt nimis late; quod autem sonat in sequelam Jesu Christi, ut paupertatem, mititiam, humilitatem, tolerantiam, castitatem vel patientiam, illud supprimunt vel glossant ad suum libitum vel expresse repudiant tamquam impertinens ad salutem.

17. Potestas papae non imitantis vitam Christi non est timenda.

18. Dignitas papalis a caesare vel Romanis habet ortum.

19. De nullo debet concedi, quod sit cardinalis alicuius ecclesiae particularis vel universalis, nisi in vita Christo et apostolis conformetur.

20. Papa vitae beati Petri non conformis non debet dici papa vel vicarius Petri, sed pocius antichristi.

21. Papa in vita difformis non est verus praelatus, nec cardinales sunt apostolorum successores, sed Judae, fures et latrones.

licati, mundo inclyti et nihil patientes pro Christo improperii, id ruminant, proclamant et extendunt nimis late; quidquid autem sonat in sequelam Jesu Christi, ut paupertatem, mansuetudinem, humilitatem, tolerantiam, castitatem, laborem vel patientiam, id supprimunt vel glosant ad suum libitum vel expresse repudiant tamquam impertinens ad salutem (cap. XI, Opp. 217 [b]).

Quae est ista bestia, quam adorant homines, timentes eius potestatem? (ibid.).

Et patet per chronicas, quomodo inolevit papalis dignitas; nam Constantinus imperator ... (cap. XIII, Opp. 220 [b]).

Et pari evidentia cardinales non sunt manifesti et veri successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum (cap. XIV, Opp. 223 [a]).

Si autem vivit istis virtutibus (Petri) contrarie, ... quomodo est verus et manifestus Christi vel Petri vicarius et non magis antichristi vicarius, obvians Christo in moribus et in vita? (cap. XIV, Opp. 222 [b]).

... non est papa manifestus et verus successor principis apostolorum Petri, si vivit moribus contrariis Petro et si quaerit avaritiam, tunc est vicarius Judae Schariothis ... Et pari evidentia cardinales ... fures et latrones (cap. XIV, Opp. 223 [a]).

22. Papa est illa bestia, de qua habetur in Apocalypsi: Datum est illi bellum facere cum sanctis.

23. Qui[vi]s potest licite praedicare contra inhibitionem papalem.

24. Papa non quia tenet vices Petri, sed quia habet magnam dotationem, ideo est sanctissimus.

25. Papae praefectio et institutio a caesaris potentia emanavit.

26. Vae illis, qui videntes in papa opera Christo directe contraria, vocant eum patrem sanctissimum.

27. Christus obedivit diabolo.

28. Quilibet fidelis catholicus debet videre, utrum mandatum papae sit in doctrina evangelica vel apostolorum, et si sic, est obediendum, si non, non.

Et Apoc. 4 habetur, quomodo draco dedit potestatem bestiae ... Datum est illi bellum facere cum sanctis (cap. XI, Opp. 217 [b]).

... quod si papa vel alius praepositus mandat sacerdoti non praedicare sic disposito ut dictum est ... non debet subditus obedire (cap. XX, Opp. 245 [a]).

... non enim quia vices tenet Petri, sed quia magnam habet dotationem, ex eo est sanctissimus (cap. XIV, Opp. 223 [b]).

Ecce quod papae praefectio et institutio a caesaris potentia emanavit (cap. XV, Opp. 224 [b]).

Sed vae illis, qui videntes in papa opera Christo directe contraria, vocant ipsum patrem sanctissimum (cap. XVI, Opp. 229 [a]).

... diabolus persuasit Christo ... et Christus virtuosissime sibi in hoc consensit et voluntatem eius implevit (cap. XVII, Opp. 232 [a]).

Pensare ergo debet fidelis Christi discipulus, quando a papa mandatum emanat, utrum expresse est mandatum alicuius apostoli vel legis Christi vel habens fundamentum in lege Christi, et illo cognito debet reverenter et humiliter mandato huiusmodi obedire (cap. XVIII, Opp. 235 [b]).

29. Si homo est virtuosus, quidquid agit, virtuose agit.

30. Si homo est vitiosus, quidquid agit, vitiose agit.

Patet quia si homo sit vitiosus et agit quidquam, tunc agit vitiose, et si est virtuosus et agit quidquam, tunc agit virtuose (cap. XIX, Opp. 238 [b]).

31. Nulli praelato est obediendum, nisi in Christi consiliis vel praeceptis.

Patet quod nulli praelato post sanctos apostolos obedire tenemur, nisi de quanto praecipit vel consulit Christi consilia vel mandata (cap. XIX, Opp. 239 [a]).

32. Licet clericis et laicis iudicare iurisdictione potestativa de omnibus pertinentibus ad salutem et de operibus praelatorum.

... sequitur, quod licet clericis subditis imo et laicis de suorum praepositorum operibus iudicare ... et secundo (iudicio potestativae iurisdictionis) debet iudicare omnia sibi consequenter ad salutem pertinentia (cap. XIX, Opp. 239 [b]).

33. Deus suspendit per se quemlibet criminosum praelatum a suo officio vel ministerio, dum actualiter est in crimine, quia eo facto, quo est in mortali crimine, peccat quidquid fecerit et per consequens prohibetur, ne sic faciat, et per consequens suspenditur ab illo officio quoad se.

... per se autem deus suspendit quemlibet criminosum praelatum a suo officio vel ministerio, dum actualiter est in crimine, quia eo facto quo incidit in peccatum mortale, peccat quidquid fecerit et per consequens prohibetur a deo, ne sic faciat, et per consequens suspenditur a deo ab illo officio (cap. XXIII, Opp. 250 [a]).

34. Clerus ad sui exaltationem populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit et viam praeparat antichristo.

Illis enim tribus censuris: excommunicatione, suspensione, interdicto ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit et viam praeparat antichristo (cap. XXIII, Opp. 251 [b]).

35. Item quod supradictus J. Hus suprascriptas conclusiones et propositiones asseruit et asserit esse veras ipsasque publicavit et publicat, dogmatisavit et dogmatisat palam et publice.

36. Item quod dictae conclusiones et propositiones vel aliquae earum sunt falsae, erroneae, scandalosae, temerariae, seditiosae, pacis ecclesiae turbativae, iurisdictionis ecclesiasticae enervativae, insanae, contra scripturam sacram et universalem ecclesiam ac determinationem sanctorum patrum confictae et compositae et alias haereticae. Et sic est et fuit verum.

37. Item quod de praemissis omnibus fuit et est publica vox et fama.

38. Item ponit et probare intendit idem procurator, quod idem Mgr J. Hus in vanitate sua ambulans et in perversis dogmatibus et erroribus continuando et persistendo quoddam opusculum fecit et compilavit contra quaedam scripta M. Stephani Palecz doctoris in theologia, quod incipit: Quia M. Stephanus Palecz etc. et intitulavit nomine nuncupativo Quidamon, in quo posuit multos malos et perversos errores. Et ita fuit et est verum.

39. Item fecit, composuit, compilavit et ordinavit quendam alium damnatum tractatum contra scripta M. Stanislai, qui incipit: Responsio etc., in quo varia vana graviaque et perversa scripsit palam, publice et notorie.

40. Item quod sententiam latam in concilio generali Romae ibidem ultimate celebrato contra doctrinam et libros Wiklef necnon bullas indulgentiarum et cruciatae datae et concessae contra Ladislaum tunc se dicentem regem Siciliae glossavit et postillavit perverse et erronee ac quandam scripturam fecit et ordinavit contra bullas, quae incipit: Pax Christi etc. Et ipsam scripturam ac perversas glossationes praedicavit et dogmatisavit pluries et diversis vicibus ad seductionem populi vere et notorie.

41. Item dixit seu praedicavit, quod iturus erat ad concilium generale Constantiense et ignorare poterat, quid sibi contingeret, et si ex aliquo eventu revocaret vel negaret doctrinam, quae eis in praedicationibus dixerat et docuerat, volens intelligere de 45 articulis condemnatis Pragae, de materia libri De ecclesia, quem composuit, et de materiis contentis in dictis scripturis per eum factis contra praefatos magistros et de aliis, de quibus supra proxime, quodsi hoc faceret verbo, nunquam mente hoc intenderet facere, eo quod esset vera et sana Christi doctrina et quod semper in illa persisterent et perseverarent. Et ita est verum.

42. Item quod postquam fuit et applicuit Constantiae, scripsit seu scribi fecit ad regnum Bohemiae, quod papa et imperator honoraverunt eum et cum honore susceperunt et quod papa miserat ad eum duos episcopos ad confoederandum eum sibi; et hoc scripsisse videtur ad hoc, quod se confirmaret in suis erroribus et perversis dogmatibus, quae praedicavit et docuit in illis partibus. Et ita fuit et est verum, notorium et manifestum.

b) Articuli 39

Articuli 42.	Articuli J. Gerson. (Doc. 185 ss.)
1. Ecclesia catholica sive universalis est omnium praedestinatorum dumtaxat.	
6. Paulus nunquam fuit membrum diaboli nec Petrus, quando negavit Christum.	
4. Nulla pars ecclesiae umquam excidit a corpore, sicut nec caritas ligans.	
	4. Quod nulli praesciti sunt de ecclesia neque similiter qui non imitantur vitam Christi.
11. Judas nunquam fuit verus Christi discipulus.	

e III. audientia.*)

Articuli 39 in III. audientia propositi. Doc. 286 ss.)	In tractatu »De ecclesia«.
1. Tantum una est sancta universalis ecclesia, quae est praedestinatorum universitas.	Unica est sancta universalis ecclesia, quae est praedestinatorum universitas (cap. I, Opp. 197 [a]).
2. Sicut Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus ecclesiae malignantium consimiles, similiter Petrus, qui in grave incidit periurium ex permissione domini, ut fortius resurgeret.	Sicut Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus ecclesiae malignantium consimiles, similiter Petrus, qui in grave incidit periurium ex permissione domini, ut fortius resurgeret (cap. III, Opp. 200 [a]).
3. Nulla pars ecclesiae ab ea finaliter excidet, eo quod praedestinationis caritas, quae ipsam ligat, non excidit.	Nulla pars eius ab ea finaliter excidit, eo quod praedestinationis charitas, quae ipsam ligat, non excidit (cap. III, Opp. 199 [b]).
4. Praedestinatus, non existens in gratia secundum praesentem iustitiam, semper est membrum sanctae universalis ecclesiae.	Praedestinatus semper manet praedestinatus et membrum ecclesiae, licet aliquando excidat a gratia adventitia (cap. V, Opp. 204 [a]).
5. Nullus locus dignitatis vel humana electio vel aliquod signum sensibile facit membrum sanctae ecclesiae catholicae.	... membrum ecclesiae sanctae catholicae facit praedestinatio, non autem locus dignitatis vel humana electio vel aliquod signum sensibile (ibid.).
6. Nunquam praescitus est membrum sanctae matris ecclesiae.	Ex iam dictis colligitur, quod nullus praescitus est membrum sanctae matris ecclesiae (cap. IV, Opp. 201 [b]).
7. Judas nunquam fuit verus discipulus Christi.	Nam in Juda electo ad ministerium episcopatus per Christum ... datur instantia; ipse enim praescitus nunquam fuit verus Christi discipulus (cap. V, Opp. 204 [b]).

) Od str. 318 a 319* až do str. 326* a 327* jest dvoustranná sazba čtyřsloupcová.

Articuli 42.

12. Ecclesia praedestinatorum, sive sint in gratia sive non secundum praesentem iustitiam, est articulus fidei, et illa est non habens maculam neque rugam, sed est sancta et immaculata et illa est, quam Christus vocat suam.

20. Papa vitae beati Petri non conformis non debet dici papa vel vicarius Petri, sed pocius antichristi.

18. Dignitas papalis a caesare vel Romanis habet ortum.

25. Papae praefectio et institutio a caesaris potentia emanavit.

Articuli J. Gerson.
(Doc. 185 ss.)

12. Quod sola ecclesia continens praedestinatos et bene viventes est universalis ecclesia et non illa Romana, quae aliarum magistra male nominatur.

11. Quod solus Christus et non papa est caput ecclesiae.

5. Quod illi soli sunt de ecclesia et sedent in sede Petri, habentes auctoritatem apostolicam, qui Christum et apostolos eius imitantur in vita.

17. ... fuerunt et sunt antichristi et synagoga sathanae et clerus Judae.

7. Quod papa romanus alius a Christo non est universalis episcopus nec ecclesia romana habet primatum super alias, nisi forsan a caesare, non a Christo.

Articuli 39 in III. audientia propositi.
(Doc. 286 ss.)

8. Convocatio praedestinatorum, sive sint in gratia sive non secundum praesentem iustitiam, est ecclesia sancta universalis, et illo modo ecclesia est articulus fidei.

9. Petrus non fuit nec est caput sanctae ecclesiae catholicae principale.

10. Si vocatus Christi vicarius Christum sequitur in vita, tunc est eius vicarius; si vero vadit viis contrariis, tunc est antichristi nuntius, contrarius Petro et domino Jesu Christo et vicarius Judae Schariothis.

11. Omnes simoniaci et sacerdotes criminose viventes ut filii infides infideliter sentiunt de septem sacramentis ecclesiae, de clavibus, officiis, censuris, moribus, cerimoniis et sacris rebus ecclesiae, veneratione reliquiarum, indulgentiis et ordinibus in ecclesia.

12. Dignitas papalis a caesaribus inolevit. Papae praefectio et institutio a caesaris potestate emanavit.

In tractatu »De ecclesia«.

Tertio modo sumitur ecclesia pro convocatione praedestinatorum, sive sint in gratia secundum praesentem iustitiam sive non, et isto modo ecclesia est articulus fidei (cap. VII, Opp. 206 [b]).

... manifestum est, quod Petrus non fuit nec est caput sanctae ecclesiae catholicae (cap. IX, Opp. 211 [b]).

Si iam dictis virtutum viis incedit vocatus Petri vicarius, credimus quod est verus eius vicarius et praecipuus pontifex ecclesiae, quam regit; si vero vadit viis contrariis, tunc est antichristi nuntius, contrarius Petro et domino Jesu Christo (cap. IX, Opp. 212 [b]).

... avare, voluptuose, luxuriose et quomodolibet criminose viventes sacerdotii polluunt potestatem; illi enim ... ut filii infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiae, de clavibus, officiis et censuris, moribus, cerimoniis et sacris rebus ecclesiae, veneratione reliquiarum, indulgentiis et ordinibus (cap. XI, Opp. 218 [a]).

Et patet per chronicas, quomodo inolevit papalis dignitas; nam Constantinus (cap. XIII, Opp. 220 [b]). Ecce quod papae praefectio et institutio a cae-

Articuli 42.	Articuli J. Gerson. (Doc. 185 ss.)
	1. Quod nullus praescitus est verus papa vel dominus vel praelatus.
17. Potestas papae non imitantis vitam Christi non est timenda. (Srv. 20. 21.)	13. Quod praelatis et superioribus praescitis vel male viventibus nulla debetur obedientia vel reverentia a subditis.
24. Papa non quia tenet vices Petri, sed quia habet magnam dotationem, ideo est sanctissimus.	8. Quod papa non debet vocari sanctissimus nec pedes eius beati nec sunt osculandi.
19. De nullo debet concedi, quod sit cardinalis alicuius ecclesiae particularis vel universalis, nisi in vita Christo et apostolis conformetur.	

Articuli 39 in III. audientia propositi. (Doc. 286 ss.)	In tractatu »De ecclesia«.
	saris potentia emanavit (cap. XV, Opp. 224 [b]).
13. Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel de alio, quod esset caput ecclesiae particularis sanctae.	... sequitur, quod nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel de alio, quod esset caput ecclesiae particularis sanctae (cap. XIII, Opp. 221 [a]).
14. Non oportet credere, quod iste quicunque romanus pontifex sit caput cuiuscunque particularis ecclesiae, nisi deus eum praedestinavit.	Item non oportet credere, quod iste quicunque romanus pontifex sit caput cuiuscunque particularis ecclesiae sanctae, nisi deus eum praedestinaverit (ibid.).
15. Potestas papae vicaria frustratur, nisi ipse papa conformetur Christo vel Petro in moribus et in vita, nec aliter a deo recipit procuratoriam potestatem, quia nulla alia sequela est pertinentior.	Et quia vicarius debet gerere vicem superioris ... ergo oportet quod immediatius illi, cuius vicem gerit, in operibus conformetur, nam alias potestas in eo frustratur ... Nemo vere gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela est pertinentior nec aliter a deo recipit procuratoriam potestatem (cap. XIV, Opp. 222 [b]).
16. Non quia papa tenet vices Petri, sed quia magnam habet dotationem, ex eo est sanctissimus.	... non enim quia vices tenet Petri, sed quia magnam habet dotationem, ex eo est sanctissimus (cap. XIV, Opp. 223 [b]).
17. Cardinales non sunt manifesti et veri successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, servantes mandata et consilia domini Jesu Christi.	Et pari evidentia cardinales non sunt manifesti et veri successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, servantes mandata et consilia domini nostri Jesu Christi (cap. XIV, Opp. 223 [a]).

Articuli 42.	Articuli J. Gerson. (Doc. 185 ss.)
	9. Quod secundum doctrinam Christi non est infligenda mors etiam haereticis incorrigibilibus, nec fulminandum est interdictum.
	19. Quod excommunicatus a papa, si appellet ad Christum, praeservatur, ut excommunicationem huiusmodi non timeat sed spernat.
29. Si homo est virtuosus, quidquid agit, virtuose agit. 30. Si homo est vitiosus, quidquid agit, vitiose agit.	20. Quod omnis actus factus extra caritatem est peccatum.
23. Quivis potest licite praedicare contra inhibitionem papalem.	6. Quod omnis bene vivens secundum vitam Christi potest et debet docere palam et praedicare, etiam non missus per

Articuli 39 in III. audientia propositi. (Doc. 286 ss.)	In tractatu »De ecclesia«.
18. Nullus haereticus ultra censuram ecclesiasticam est relinquendus iudicio saeculari morte corporis puniendus.	... doctores ... adiunxerunt dictis suis hoc sanguinolentum correlarium dicentes: Si quis ... talis per censuram ecclesiasticam est emendandus; quodsi corrigi noluerit, saeculari brachio est tradendus ... Numquid non sunt homicidae? Vere graviores sunt quam Pilatus (cap. XVI, Opp. 228 [b]).
19. Mundi nobiles debent compellere sacerdotes ad observantiam legis Christi.	... ex mundo nobilibus ad observantiam ordinationis Christi compellentibus (cap. XVII, Opp. 231 [a]).
20. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiae praeter expressam auctoritatem scripturarum.	Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventiones sacerdotum ecclesiae praeter expressam auctoritatem scripturae (cap. XVII, Opp. 233 [a]).
21. Quod excommunicatus a papa, obmisso iudicio papae et concilii generalis, si appellet ad Christum, praeservatur, ut excommunicatio huiusmodi non afficiat eum.	Cum ergo appellatio ab uno papa ad suum successorem mihi non profuit et a papa ad concilium appellare est in longum et incertum auxilium in gravamine postulare, ideo ad caput ecclesiae dominum Jesum Christum ultimo appellavi (cap. XVIII, Opp. 235 [b]).
22. Si homo est vitiosus et agit quidquam, agit vitiose; et si est virtuosus et agit quidquam, tunc agit virtuose.	Patet quia si homo sit vitiosus et agit quidquam, tunc agit vitiose; et si est virtuosus et agit quidquam, tunc agit virtuose (cap. XIX, Opp. 238 [b]).
23. Sacerdos Christi, vivens secundum legem eius, habens scripturae notitiam et affectum ad aedificandum populum, de-	Ex isto consequenter sequitur, quod sacerdos Christi, vivens secundum legem eius, habens scripturae notitiam et affectum

Articuli 42.	Articuli J. Gerson. (Doc. 185 ss.)
	quemcunque praelatum vel curatum, imo etiam adhuc potest et debet, licet sit prohibitus ab eis vel excommunicatus, sicut elemosynam dare posset et deberet, quia bona vita et scientia sufficienter mittunt eum.
34. Clerus ad sui exaltationem populum laicalem sibi suppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit et viam praeparat antichristo.	

Articuli 39 in III. audientia propositi. (Doc. 286 ss.)	In tractatu »De ecclesia«.
bet praedicare non obstante praetensa excommunicatione. Et infra: Quodsi papa vel alius praepositus mandat sacerdoti sic disposito non praedicare, non debet obedire.	ad aedificandum populum, debet praedicare non obstante praetensa excommunicatione ... Ulterius patet, quod si papa vel alius praepositus mandat sacerdoti non praedicare sic disposito ut dictum est vel non dare elemosynas diviti, non debet subditus obedire (cap. XX, Opp. 244 [b], 245 [a]).
24. Quilibet praedicantis officium accepit, qui ad sacerdotium accessit, et eius mandatum debet exequi, excommunicatione praetensa non obstante.	Cum ergo ex iam dictis quilibet praedicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, patet quod illud mandatum debet exequi, pretensa excommunicatione non obstante (ibid. 244 [b]).
25. Censurae ecclesiasticae sunt antichristivae, quas clerus excogitavit ad sui exaltationem et populi subpeditationem, si ipsis clericis laici ad eorum non obedierint voluntatem.	Istis enim tribus censuris: excommunicatione, suspensione, interdicto ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat ... quicunque ipsis ad voluntatem eorum non obedierit, illum excommunicant et suspendunt ... Signum autem evidens est, quod ab antichristo tales procedunt censurae (cap. XXIII, Opp. 251 [b]).
26. Non debet poni interdictum in populo, quia Christus summus pontifex nec propter Johannem Baptistam nec propter suas iniurias posuit interdictum.	Christus autem summus pontifex detento propheta, quo non surrexit maior inter natos mulierum, non posuit interdictum, nec dum eum Herodes decollavit; imo dum ipsemet spoliabatur, percutiebatur, ... non tunc maledictionem intulit (cap. XXIII, Opp. 252 [a]).

Articuli 39 in III. audientia propositi.
(Doc. 286 ss.)

Contra Páleč.

Articuli 27—33 sunt de tractatu »Contra Páleč«:

27. Si papa, episcopus vel praelatus est in peccato mortali, quod tunc non est papa, episcopus vel praelatus.

Ponit iterum fictor quidamista in secundo item, quod nostra pars ponit, quod si papa, episcopus vel praelatus est in peccato mortali, quod tunc non est papa, episcopus vel praelatus ... fictorem istum remitto ad determinationem illius articuli, quam posui in scholis (Opp. I, 256[a]).

28. Gratia praedestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiae et quodlibet eius membrum iungitur ipsi capiti insolubiliter.

Discat etiam fictor, quod gratia praedestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiae et quodlibet membrum eius iungitur Christo capiti insolubiliter (Opp. 257[a]).

29. Si papa est malus et praesertim praescitus, tunc ut Judas apostolus est diabolus, fur et filius perditionis et non caput sanctae ecclesiae militantis, cum nec sit membrum ecclesiae militantis.

Si enim papa est malus et praesertim si est praescitus, tunc ut Judas apostolus est diabolus, fur et filius perditionis — quomodo est caput sanctae militantis ecclesiae ... cum nec sit membrum sanctae militantis ecclesiae (Opp. 258[a]).

30. Papa vel praelatus malus vel praescitus non est vere pastor, sed aequivoce, sed vere fur et latro.

Talis ergo papa vel praelatus malus et praescitus, est aequivoce pastor, sed vere fur et latro (ibid.).

31. Papa nec est nec debet dici sanctissimus etiam secundum officium, alias rex etiam deberet dici sanctissimus secundum officium, et tortores, praecones, diaboli deberent dici sancti.

Et si ratione officii papa dicitur sanctissimus, quare rex Romanorum non diceretur sanctissimus ratione sancti officii? ... quare etiam iudices et iustiarii, imo tortores et praecones non dicerentur sancti ... imo sic diabolus deberet vocari sanctus, cum sit officiarius dei (Opp. 258[b]).

32. Si papa vivit Christo contrarie, etiam, rite, legitime et canonice electus secundum humanam electionem, ascendit aliunde in papatum quam per Christum.

Si ergo papa vivit Christo contrarie in superbia, quomodo non ascendit aliunde in ovile ovium, quam per humile ostium dominum Jesum Christum? Et dato, quod dicis, quod ascenderet per ritam et legitimam electionem, quam ego voco electionem a deo principaliter factam, non secundum constitutionem humanam sc. vulgatam, adhuc staret, quod ascenderet aliunde. Nam Judas Scarioth rite et legitime est electus a deo Christo ad episcopatum ... et tamen ascendit aliunde (Opp. 259[a]).

33. Condemnatio 45 articulorum Wiclef per doctores facta est irrationabilis et iniqua, et causa per eos allegata est ficta, vid. quod nullus ex eis est catholicus, sed quilibet eorum aut est haereticus aut erroneus aut scandalosus.

... scripsimus publice, quod vestra condempnatio super articulis est irrationalis et iniqua ... sed ratio vestra est, ut tu ponis, quod quilibet eorum est haereticus aut erroneus aut scandalosus. Sed iam dixi tuum asserere vel negare non est factum aliquod liquide probare (Opp. 260[a]).

Articuli 34—39 sunt de tractatu »Contra Stanislaum«:

34. Non eo ipso quod electores vel maior pars eorum assenserint una voce secundum ritus

Et patet, quod non eo ipso quod electores vel maior pars eorum consensit una voce se-

hominum in personam aliquam, eo ipso persona illa est legitime electa vel quod eo ipso est manifestus et verus successor Christi vel vicarius Petri apostoli in officio ecclesiastico, sed eo ipso quod quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiae, habet a deo ad hoc copiosius potestatem.

35. Papa praescitus non est caput ecclesiae sanctae dei.

36. Non est scintilla apparentiae, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa ecclesia militante conversetur.

37. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

38. Petrus non fuit universalis pastor ovium Christi nec romanus pontifex.

cundum ritum hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona legitime est electa vel quod eo ipso est verus et manifestus successor vel vicarius Petri apostoli vel alterius apostoli in officio ecclesiastico ... Unde sive electores bene vel male elegerint, operibus eorum debemus credere. Nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiae, habet a deo ad hoc copiosius potestatem (Opp. 271[ab]).

Et ecce ego quaero a scribis: Si papa est praescitus et sic progenies viperarum, quomodo est caput ecclesiae sanctae dei? (Opp. 271 [b]).

Et non est scintilla apparentiae, quod oportet esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam et quod semper cum ipsa militante ecclesia conversetur (Opp. 272 [a]).

... cum Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet (Opp. 272 [b]).

Sicut ergo non sequitur: Petrus pavit oves Christi — ergo Petrus pavit omnes oves Christi, sic non sequitur: Romanus pontifex est pastor ovium Christi, ergo romanus pontifex pascit omnes oves Christi (Opp. 282 [a]).

39. Apostoli et fideles sacerdotes domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam papae officium fuerat introductum; sic facerent deficiente per summe possibile papa usque diem iudicii.

... ceteri etiam apostoli et fideles sacerdotes domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam papae officium fuerat introductum; sic facerent deficiente per summe possibile papa usque ad diem iudicii (Opp. 283 [b]).

c) Articuli 30 ultimi.[1])

Articuli 39.
(Doc. 286 ss.)

1. Tantum una est sancta universalis ecclesia, quae est praedestinatorum universitas.

2. Sicut Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus ecclesiae malignantium consimiles, similiter Petrus, qui in grave incidit periurium ex permissione dei, ut fortius resurgeret.

3. Nulla pars ecclesiae ab ea finaliter excidet, eo quod praedestinationis caritas, quae ipsam ligat, non excidit.

Articuli 30.
(Doc. 225 ss.)

1. Unica est sancta universalis ecclesia, quae est praedestinatorum universitas. Et infra sequitur: Universalis sancta ecclesia tantum est una, sicut tantum est unus numerus praedestinatorum.

2. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit quosdam actus actibus ecclesiae malignantium consimiles.

3. Praesciti non sunt partes ecclesiae, cum nulla pars ab ea finaliter excidit, eo quod praedestinationis caritas, quae ipsam ligat, non excidit.

4. Duae naturae, divinitas et humanitas, sunt unus Christus. Et infra cap. 10: Omnis homo est spiritus, cum sit duarum naturarum utraque.

---

[1]) Otištěno ze Studií a textů II, str. 27—34.

4. Praedestinatus, non existens in gratia secundum praesentem iustitiam, semper est membrum sanctae universalis ecclesiae.

5. Praescitus, etsi aliquando sit in gratia secundum praesentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctae ecclesiae, et praedestinatus semper manet membrum ecclesiae, licet aliquando excidit a gratia adventitia, sed non a gratia praedestinationis.

5. Nullus locus dignitatis vel humana electio vel aliquod signum sensibile facit membrum sanctae ecclesiae catholicae.

6. Nunquam praescitus est membrum sanctae matris ecclesiae.

7. Judas nunquam fuit verus discipulus Christi.

8. Convocatio praedestinatorum, sive sint in gratia sive non secundum praesentem iustitiam, est ecclesia sancta universalis, et illo modo ecclesia est articulus fidei.

6. Sumendo ecclesiam pro convocatione praedestinatorum, sive sint in gratia sive non secundum praesentem iustitiam, isto modo ecclesia est articulus fidei.

9. Petrus non fuit nec est caput sanctae ecclesiae catholicae principale.

7. Petrus non fuit nec est caput sanctae ecclesiae catholicae.

10. Si vocatus Christi vicarius Christum sequitur in vita, tunc est eius vicarius; si vero vadit viis contrariis, tunc est antichristi nuntius, contrarius Petro et domino Jesu Christo et vicarius Judae Schariothis.

cf. 13.

11. Omnes simoniaci et sacerdotes criminose viventes ut filii infideles infideliter sentiunt de septem sacramentis ecclesiae, de clavibus, officiis, censuris, moribus, cerimoniis et sacris rebus ecclesiae, veneratione reliquiarum, indulgentiis et ordinibus in ecclesia.

8. Sacerdotes quomodolibet criminose viventes sacerdotii polluunt potestatem et sicut filii infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiae, de clavibus, officiis et sacris rebus ecclesiae, cerimoniis, censuris, moribus, veneratione reliquiarum, indulgentiis et ordinibus.

12. Dignitas papalis a caesaribus inolevit. Papae praefectio et institutio a caesaris potestate emanavit.

9. Papalis dignitas a caesare inolevit et papae praefectio et institutio a caesaris potestate emanavit.

13. Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel de alio, quod esset caput ecclesiae particularis sanctae.

10. Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se vel de alio, quod esset caput ecclesiae particularis sanctae, nec romanus pontifex caput romanae ecclesiae.

14. Non oportet credere, quod iste quicunque romanus pontifex sit caput cuiuscunque particularis ecclesiae, nisi deus eum praedestinaverit.

11. Non oportet credere, quod iste quicunque romanus pontifex sit caput cuiuscunque particularis ecclesiae sanctae, nisi deus eum praedestinaverit.

15. Potestas papae vicaria frustratur, nisi ipse papa conformetur Christo vel Petro in moribus et in vita, nec aliter a deo recipit procuratoriam potestatem, quia nulla alia sequela est pertinentior.

12. Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior nec aliter recipiat a deo procuratoriam potestatem, quia ad illud officium vicarium requiritur morum conformitas et instituentis auctoritas.

16. Non quia papa vices tenet Petri, sed quia magnam habet dotationem, ex eo est sanctissimus.

17. Cardinales non sunt manifesti et veri successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, servantes mandata et consilia domini Jesu Christi.

13. Papa non est manifestus et verus successor principis apostolorum Petri, si vivit moribus contrariis Petro, et si quaerit avaritiam, tunc est vicarius Judae Scharioth secundum imitationem avaritiae. Et pari evidentia cardinales non sunt ma-

18. Nullus haereticus ultra censuram ecclesiasticam est relinquendus iudicio saeculari morte corporis puniendus.

19. Mundi nobiles debent compellere sacerdotes ad observantiam legis Christi.

20. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiae praeter expressam auctoritatem scripturarum.

21. Quod excommunicatus a papa, obmisso iudicio papae et concilii generalis si appellet ad Christum, praeservatur, ut excommunicatio huiusmodi non afficiat eum.

22. Si homo est vitiosus et agit quidquam, agit vitiose; et si est virtuosus et agit quidquam, tunc agit virtuose.

nifesti et veri successores collegii aliorum apostolorum Christi, nisi vixerint more apostolorum, servantes mandata et consilia domini Jesu Christi.

14. Doctores, ponentes quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus si corrigi noluerit, saeculari iudicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas et phariseos, qui Christum non volentem eis obedire in omnibus, dicentes: »Nobis non licet interficere quemquam«, ipsum saeculari iudicio tradiderunt, et quod tales sunt graviores homicidae quam Pilatus.

15. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum ecclesiae praeter expressam auctoritatem scripturarum.

16. Divisio immediata humanorum operum est, quod sunt vel virtuosa vel vitiosa. Quia si homo est vitiosus et agit quidquam, tunc agit vitiose; et si est virtuosus et agit quidquam, tunc agit virtuose, quia sicut

23. Sacerdos Christi, vivens secundum legem eius, habens scripturae notitiam et affectum ad aedificandum populum, debet praedicare non obstante praetensa excommunicatione. Et infra: Quodsi papa vel alius praepositus mandat sacerdoti sic disposito non praedicare, non debet obedire.

24. Quilibet praedicantis officium accepit, qui ad sacerdotium accessit, et eius mandatum debet exequi excommunicatione praetensa non obstante.

25. Censurae ecclesiasticae sunt antichristivae, quas clerus excogitavit ad sui exaltationem et populi subpeditationem, si ipsis clericis laici ad eorum non obedierint voluntatem.

26. Non debet poni interdictum in populo, quia Christus summus pontifex nec propter

vitium, quod crimen dicitur sive mortale peccatum, inficit universaliter actus hominis, sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuose.

17. Sacerdos Christi, vivens secundum legem eius, habens scripturae notitiam et affectum ad aedificandum populum, debet praedicare non obstante praetensa excommunicatione. Et infra: Quodsi papa vel alius praepositus mandat sacerdoti sic disposito non praedicare, non debet subditus obedire.

18. Quilibet praedicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, et illud mandatum debet exequi praetensa excommunicatione non obstante.

19. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, interdicti ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi subpeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit et viam praeparat antichristo. Signum autem evidens est, quod ab antichristo procedunt tales censurae, quas vocant in suis processibus fulminationes, quibus clerus procedit principalissime contra illos, qui denudant nequitiam antichristi, qui clerum pro se maxime usurpavit.

Johannem Baptistam nec propter suas iniurias posuit interdictum.

27. Si papa, episcopus vel praelatus est in peccato mortali, quod tunc non est papa, episcopus vel praelatus.

29. Si papa est malus et praesertim praescitus, tunc ut Judas apostolus est diabolus, fur et filius perditionis et non caput sanctae ecclesiae militantis, cum nec sit membrum ecclesiae militantis.

28. Gratia praedestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiae et quodlibet eius membrum iungitur ipsi capiti insolubiliter.

30. Papa vel praelatus malus vel praescitus non est vere pastor, sed aequivoce, sed vere fur et latro.

31. Papa nec est nec debet dici sanctissimus etiam secundum officium, alias rex etiam deberet dici sanctissimus secundum officium, et tortores, praecones, diaboli deberent dici sancti.

32. Si papa vivit Christo contrarie, etiam rite, legitime et canonice electus secundum humanam electionem, ascendit aliunde in papatum quam per Christum.

20. Si papa est malus et praesertim si est praescitus, tunc ut Judas apostolus est diabolus, fur et filius perditionis et non caput sanctae militantis ecclesiae, cum nec sit membrum eius,

21. (quia) gratia praedestinationis est vinculum, quo corpus ecclesiae et quodlibet eius membrum iungitur ipsi capiti insolubiliter.

22. Papa vel praelatus malus et praescitus aequivoce est pastor et vere fur et latro.

23. Papa non debet dici sanctissimus etiam secundum officium, quia alias rex etiam deberet dici sanctissimus secundum officium, et tortores et praecones dicerentur sancti, imo etiam diabolus deberet dici sanctus, cum sit officiarius dei.

24. Si papa vivit Christo contrarie, etiamsi ascenderet per ritam et legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet quam per Christum, dato etiam quod intraret per electionem a deo principaliter factam; nam Judas Scharioth rite et legitime est electus a deo Christo Jesu ad episcopatum et tamen ascendit aliunde in ovile ovium.

33. Condemnatio 45 articulorum Wiclef per doctores facta est irrationabilis et iniqua et causa per eos allegata est ficta, vid. quod nullus ex eis est catholicus, sed quilibet eorum aut est haereticus aut erroneus aut scandalosus.

25. Condemnatio 45 articulorum Wiclef per doctores facta est irrationabilis et iniqua et male ficta est causa per eos allegata, vid. quod nullus ex eis est catholicus, sed quilibet eorum aut est haereticus aut erroneus aut scandalosus.

34. Non eo ipso quod electores vel maior pars eorum assenserint una voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso persona illa est legitime electa vel quod eo ipso est manifestus et verus successor Christi vel vicarius Petri apostoli in officio ecclesiastico, sed eo ipso quod quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiae, habet a deo ad hoc copiosius potestatem.

26. Non eo ipso quod electores vel maior pars eorum consenserint una voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona legitime est electa vel quod eo ipso est verus et manifestus successor vel vicarius Petri apostoli vel alterius apostoli in officio ecclesiastico; unde sive electores bene vel male elegerunt, operibus electi debemus credere, nam eo ipso quod quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesiae, habet a deo ad hoc copiosius potestatem.

35. Papa praescitus non est caput ecclesiae dei.

36. Non est scintilla apparentiae, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa ecclesia militante conversetur.

27. Non est scintilla apparentiae, quod oportet esse unum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militante ecclesia conversetur; patet, quia stat ecclesiam pro magno tempore esse sine papa,

37. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

38. Petrus non fuit universalis pastor ovium Christi nec romanus pontifex.

39. Apostoli et fideles sacerdotes domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam papae officium fuerat introductum; sic facerent deficiente per summe possibile papa usque in diem iudicii.

ut iam stat post condemnationem Joannis XXIII.

28. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet.

29. Apostoli et fideles sacerdotes domini strenue in necessariis ad salutem regularunt ecclesiam, antequam papae officium fuerat introductum; sic facerent deficiente per summe possibile papa usque in diem iudicii.

30. Nullus est dominus civilis, nullus est praelatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

2. Articuli testium.

a) Constantiensium. [1])

1. Johannes Wicleff diversos libros et opuscula in facultate tam theologica quam philosophica composuit, vid. Dialogum, Trialogum etc.

2. 45 articuli.

3. Suprascripte conclusiones et articuli sunt erronei.

4. Johannes Huss sepe et sepius in disputationibus et sermonibus publicis conclusiones, articulos et libros etc. docuit et defendit.

5. Praemissa omnia et singula sunt vera.

6. ?

7. In civitate Pragensi est studium ...

8. Johannes Huss pertinaciter articulos erroneos Wicleff in civitate Pragensi in scholis publicis praedicavit et defendit.

9. Propter praemissa in civitate Pragensi fuit facta magna seditio et scandala dolo et culpa Johannis Huss, in tantum quod notabiles viri catholici et deum timentes coacti sunt exire et latere extra civitatem praedictam, stragesque, depraedationes, sacrilegia aliaque horribilia et execrabilia orta et secuta sunt, operam dante et procurante praefato Johanne Huss cum suis complicibus.

10. Praefatus Johannes Huss continue in dicta civitate fuit sectator et fautor et eruditor ac defensor errorum Johannis Wicleff haeresiarchae et ut talis et pro tali tentus, nominatus et reputatus in dicta civitate Pragensi et in partibus circumvicinis.

11. 12. (sunt generales).

13. Archiepiscopo Pragensi facta est commissio per Alexandrum papam V. bone memorie ...

14. Archiepiscopus condempnavit libros Wicleff igni comburendos ...

15. Archiepiscopus Pragensis exequendo mandatum domini Alexandri fel. record. papae V., quo sibi commisit et mandavit, ne ex tunc in antea aliquis auderet in locis privatis dictae civitatis nisi in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, parrochialibus, monasteriis et eorum cimiteriis ad populum praedicare, continuando executionem literarum apostolicarum huiusmodi inhibuit in generali synodo tunc Pragae congregata.

16. Ipse vero Johannes Huss executioni dictarum literarum necnon sententiae et prohibitioni huiusmodi de facto se opposuit et post eandem prohibitionem de mense Junii et praesertim 22. die eiusdem mensis et expost pluribus et diversis vicibus in quadam capella Bethlehem nuncupata ad populum praedicavit et ibidem populum copiosum convocavit et convocari procuravit contra inhibitionem antedictam.

[1]) Jsou u *Hardta* IV, 411—414 v té podobě, jak byly předloženy Husovi 18. června (A), 415—425 s odpovědmi svědků (B). První mají leckdy plnější znění článků, druhé úplnější jich počet. Předlohou byla *proposice* komisařů, jež spojením obojí formy částečně se restituuje. První jsou také v Doc. 230—232 s odpovědmi Husovými.

